

etiam per viam Primogenituræ vocati censeri debent in permissa substitutione vigore ditionis ut supra, quæ repetit eundem modum, & ordinem succedendi, Rot. dec. 283. n. 6. cor. Priol. in Romana, seu Cremona hereditat. 15. Jun. 1682. §. & nubilationis, & 20. Mart. 1684. §. nil suffragante coram me, & 21. Jun. 1686. §. ad vindictam cor. R. P. D. meo Bentinca, & in Ferraria. Honor. 12. Mart. 1687. §. quoniam R. P. D. meo Ursino. Non obstante responso, quod dicto, ut supra, repetat solum modum, & ordinem succedendi, dispositionem inter descendentes Principis Federici immediate præcedentes vocatos, non autem modum, & ordinem succedendi dispositum inter Descendentes Lucretiæ, comprehensos longè remota, ac disparata substitutione, quia contrarium patet ex contextu ipsorum verborum præferentium apertam relationem ad descendentes Lucretiæ, & eorum vocationem ibi. Il Primogenito di detta Lucretia, e Descendenti da esso, come sopra, successivamente chiamati &c. iuncta consonantia Clausule successivamente cum altera con ordine successivo, apposta in actu ordinandi successione in multiplico scutorum 100000. quam ad arguendam relationem inius dispositionis ad aliam perpendit. Rot. in Romana Alimentorum 6. Martii 1693. §. Proxi nec urget coram me.

Certiùque redditor huiusmodi fundamentum, quoniam, ultra litteram substitutionis, de qua proxime, in argumentum Primogenituræ concurrunt plures, & efficaces ponderationes, ac circumstantiæ. Prima scilicet quod Testator nominatum substituit Primogenitum; Primogeniti enim substitutio prebet inditium Primogenituræ, Azaved. conf. 4. n. 56. Ciurb. de success. feud. §. 1. glof. 8. n. 31. vers. fatetur tamen, & seqq. non attentis auctoritatibus in contrarium adductis, quæ videntur in primogeniti substitutione ad inductionem Primogenituræ requirere respectum ad lineam seu descendentiæ, quia (quidquid sit de earum intelligentia) secus est in hoc casu, quo substituitur fidei Primogenitus, qui prius in multiplico scutor. 100000. expressè vocatus fuit Jure Primogenituræ; In his enim terminis verbum, Primogeniti, intelligitur Jure Primogenituræ ad tradita per Surd. conf. 305. n. 26. Menoch. conf. 38. n. 50. Rot. dec. 274. n. 22. p. 18. recent. tante præsertim relatione in posteriori Primogeniti substitutione (ut præsertim habita ad priorem eius vocationem.

Secunda, quod Testator professus fuit substitutionem fecisse Primogeniti Lucretiæ, ac descendentiæ ab eo ex voluntate, ac voto conservandi in perpetuum ipsius hereditatem, ac facultates in familia de Ruvere, quod modum urget pro Primogenitura, tum quia facilis, ac melius obtinetur perpetua bonorum conservatio in familia per viam Primogenituræ, ut ponderant Tiraque. de Jun. Primog. q. 71. n. 2. Gratian. discept. 834. n. 9. Fontanell. dec. 32. n. 22. & seq. Tum & fortius quia soli ex Lucretiæ descendentiis Primogeniti gravati fuerunt onere affluendi cognomen familie de Ruvere. Unde ipsi etiam soli dici debent vocati, ut ratiocinatur Surd. conf. 375. n. 16. & 17. Non suffragante replicatione, quod ex voto perpetue conservationis bonorum in familia, onus assumptionis cognominis extendi debeat ad omnes, quia quando, prout hic, illud explicatum fuit per viam rationis, & accessorio non ampliat dispositionem ex firmatis per Rot. dec. 231. n. 7. & 5. dec. 387. n. 3. & dec. 805. n. 7. & 8. coram Card. Cerv. Imo crescit oratio ponderando, quod Testator non modo voluit, & exoptavit, ut supra, perpetuum bonorum conservacionem in familia, verum etiam purificavit substitutionem in multiplico, de quo agitur, cum Primogenitura in altero scutor. 10000. instituta ibi. Che detta Eredità, e scaldia perpetuamente si conservi nella famiglia della Ruvere, come anco la suddetta Primogenitura nel modo già detto &c. quæ proinde simili modo censeri debet jure Primogenituræ, purificatorum, quippe par esse debet iudicium, ut in his terminis notat Mulieres de majorat. par. 2. q. 7. n. 63. & seqq.

Tertia demum, quod Testator contraxerat sum multiplicium nuncupavit Primogenitum, ut in ordinatione quatuor Capellaniam ibi, & obli. che doppo la morte mia siano instituiti quattro Capellani naturali, & amovibili ad arbitrio dell' stesso mio Erede, & doppo lui della Successori non infrascripta Primogenitura &c. & rarius Successores ejusdem multiplicium Primogenitos, ut in substitutione in casu neglectorum multipliciorum ibi. Mancandose per il Serenissimo Principe in adempire, & osservare nel medesimo modo si devotava l' Eredità al detto Primogenito offerant &c. Huiusmodi enim Testatoris nuncupatio declarat intentum fuisse Primogenituram, ut post plures tradit Fusar. de substi. q. 284. §. 3. Non resistente animaverfione, quod illa satis effectum

suum sortiri valeat in Primogenito Lucretiæ, primo loco vocato, & sic in ingressu, adeoq; trahi nequeat ad arguendam Primogenituram in ulterioris gradus descendentiis, & in progressu, quoniam hoc pugnat cum germano sensu præmissorum veterum signaverit illi Successori non infrascripta primogenitura, quæ clarè denotat Primogenituram succedendam, ac in pluribus gradibus ordinatam, & intellectam.

Hicque omnibus adimplatur obviantia subsæcuta, nam Dux Hippolytus Lucretiæ secundogenitus in multiplico non successit vivete Ludovico Primogenito, sed solum post ejus obitum, in vestimenta fecit expresso nomine primogenituræ & ob neglecta multiplica Conventus fuit in iudicio a moderno Principe D. Antonio eius filio Primogenito, ac per Sententiam Reverendis. tunc A.C. Cavalierini condemnatus ad reintegracionem Primogeniturarum, citatis dumtaxat pro eorum jure, & interesse Fratris Secundo, ac Tertio genitis. Quæ obviantia multum confert ad probationem, seu declarationem qualitatibus Primogenitalis, ut latè firmat Fontanell. dec. 33. fere per tot. non relevante obviantia in contrarium deducta ex factu Ludovici primi Successoris, qui investimenta pro legato fecit. 30000. fuit sub titulo Primogenituræ, & alia pro hereditate sub titulo simplicis fideicommissi, quia illa redditor æquivoca, nam investimenta diversimodi intitulari poterunt ad effectum distinguendi unum genus investimentorum ab alio, & sicuti talis non destruit alteram fundatam in præallegatis actibus univ. oc. conclusentibus jus Primogenituræ.

Hinc non obstat, quod Testator in multiplico scutorum 100000. vocaverit Lucretiæ descendentes unum post alium, de Primogenito in Primogenitum, servato gradu Primogenituræ in perpetuum, & in infinitum, & defecta linea Primogeniti, secundo, Tertio, & ulteriori loco genitum cum eodem ordine Primogenituræ; In multiplico autem fecit. 400000. attribuerit facultatem Principi Federico fruenti illius fructibus, vel eos assignandi uni ex suis filiis ac descendentiis, aut uni ex filiis natisuris, ex Marchione Julio de Ruvere, sub eisdem conditionibus, ut supra voluerit, quod illud perpetuo remanere debeat penes descendentes masculos ejusdem Principis Federici, & eius descendentes, & idè dum in primo, in quo succedi voluit ordine Primogenituræ, discretis verbis expressit, in altero, in quo omisit, ex discretivo disponendi modo dici debeat noluisse ad Tex. in Lun. §. si autem ad deficientis C. de caduc. toll. cum concordantibus siquidem, ultra quod non congrue forsan affirmari possit Primogenituram in multiplico sc. 100000. constitutam, repetitam fuisse in multiplico sc. 400000. inter ipsosmet Descendentes Principis Federici ex replicata concessione facultatis nominandi unum, Ex repetitione conditionum supra expressarum, Ex voto conservandi Bona in agnatione, Ex præcepto, quod Descendentes multiplici commodo gaudere non possint nisi post completam ætat. 30. annor. aliiq; latius deductis per informantes, repetitio certè negari nequit ex præfatis inter Descendentes Lucretiæ substitutos cum dictione, ut supra, & cum præfata relatione ad priorem eorum vocationem, & sic eorum respectu cessat dicendus super discretiva dispositione, nec alias repugnat, quod eadem bona per discretivam personarum, atq; rationum, eis congruentium, subjiciantur diversis regulis succedendi, ut advertit Gab. conf. 132. n. 20. Rot. dec. 41. n. 2. p. 2. dec. 41. n. 10. p. 5. rec. 12. signant enim in hoc casu magna potuit esse ratio in Descendentiæ Principis Federici ordinandi simplex fideic., dum Primogeniti illius Domus, reperiebantur amplissimis Fœdus privatis, & viceversa in Descendentiæ Lucretiæ Primogenitiæ præcepto Testatoris transiit fuerant in Familiam de Ruvere, alii autem remanserunt in Familia extranea.

Minus obicit quod Testator Descendentes Lucretiæ substituerit per fideicommissum ibi Polygarmentis, & pupillarvædo &c. per fideicommissum &c. quod quatuorq; multiplices contradistinctè meminerit, illius scilicet sc. 100000. fuit nomine Primogenituræ, alterius autem sub nomine hereditatis, vel fideicommissi. Quoniam substitutio per fideicommissum non inconvencit Primogenituræ; Omnis enim Primogenitura est fideicommissum, licet non omne fideicommissum sit Primogenitura. Et contradistinctè mentio utriusq; multiplici non subsistit, nam plerumq; Testator multiplicem scutor. 400000. vocavit hereditatem, ad effectum scilicet illud discernendi ab altero scutor. 100000. ordinato per viam Legati, quandoque etiam, (ut præmissus) absolute vocavit Primogenituram, & sæpè commixto nomine Primogenituræ, &

fideicommissi, adeoq; ex hac varia, & inconstanti denominatione, censeri nequeat jure unius magis quam alterius dispositionis.

Postremo non refragatur, quod per obitum Ludovici Lucretiæ Primogeniti sine liberis educata videatur substituto, nec succedere valuerit Dux Hippolytus Secundogenitus, ac Descendentes ab eo, quoniam in substitutione Primogeniti per ejus obitum venit etiam Secundogenitus, Primogenitus enim dicitur, quem nemo actu præcedit in genitura, ut scribunt Menoch. conf. 772. n. 3. Andree. contr. 254. n. 43. Modern. Lucen. consulti. 297. n. 2. 3. & 4. Tiraque. de Jur. primog. q. 3. n. 6. quod fortius dici debet in hac hypothesi ex voto perpetuæ conservationis bonorum in familia, quod ad hunc effectum expendunt Bellon. Jun. conf. 11. n. 12. Peregr. conf. 45. n. 27. lib. 1. Tondut. quest. Civil. lib. 1. cap. 47. n. 3. Rot. dec. 313. n. 11. par. 50. recent. & dec. 343. n. 14. cor. Cavalier. & ex successivo factu successione Ducis Hippolyti Secundogeniti, ut supra, apposta in Primogeniti substitutione, quæ efficit, & sicut supra in defectu Primogeniti vocati fuerunt Secundogenitus, Tertio, & ulteriori geniti cum suis lineis, ac descendentiis in perpetuum, & in infinitum ordine Primogenituræ, ita etiam vocati censentur in eadem substitutione.

Et ita suffragantibus omnibus Dominis decisum fuit utraque &c.

R. P. D. HERVAULT.

Romana Manutionis.

Lun. 15. Martii 1688.

ARGUMENTUM.

Ea est virtus vulgaris anomolæ in compendiosa contentæ, ut quamvis caducentur substitutiones intermedie aperiantur via ulterioribus substitutis subintrantibus in Locum graduum caducorum ad ornatum Difi. XVIII. de Fideic. Card. de Luca. Ne fideicommissum possit inducere retentionem bonorum quorum possessio propria auctoritate capta fuit, sola sufficit dubietas detractioem.

SUMMARIUM.

- 1 Fideicommissarius tenetur accipere hereditatem de manu heredis.
2 Substitutio distributivè pluribus facta per uniuscujusque mortem purificatur a dicitur.
3 Substitutio facta sub commemoratione mortis dicitur compendiosa.
4 Et continet vulgarem anomoliam.
5 Virtus vulgaris anomolæ in compendiosa contentæ est ut quavis caducentur substitutiones intermedie aperiantur via ulterioribus substitutis subintrantibus in locum graduum caducorum.
6 Substitutus substituto hoc non capiente dicitur substitutus instituto.
7 Reciproca non censetur facta si desinat requisitum quod ab ultimo ex honoratis tota hereditas substituto restituatur.
8 Detractio virtutis Legitima non impedit Inmissioem fideicommissarii pro indiviso.
9 Sufficit sola dubietas detractioem si fideicommissarius non possit capere fideicommissum propria auctoritate.
10 Testamentum non vitiatum plene probat.
11 Sufficit ad hoc vitiatum non dicatur quod cohibeatur copia à notario scripta, cum ipse si vitia reperiverit illa in copia descripsisset.
12 In magna Curia Vicarie Neapolitana non solet quis hæres declarari nisi Testamentum validum sit.
13 Observantia Testamenti removet omnem fraudis & nullitatis suspicionem.
14 Bina subscriptiones in scheda Testamenti quaræultima reperitur magis ample non tribuit suspicionem falsitatis.
15 Testamentum præsentium Testatori fuisse lectum si illud subscripsit.
16 Ex quibus desinatur presentia Testam. cognationi Testamenti licet coram subscriptionibus non asseratur & n. 17.
17 Non est prohibitum Testibus quin se subscribant post rogatum Notarii immo talis subscriptio in Jure hac forma præcipitur.

Decisio. ad Theatr. de Luca. Vol. II.

Uo bonorum genera reperta fuere in hereditate clar. m. Ducissæ Lavinie, bona nempe subjecta fideicommissio materno Principissæ Constantiæ, & bona libera ipsius, priorum possessionem adeptæ fuit Ven. Ecclesia S. Ignatii Societatis Jesu, uti post obitum Lavinie substituta, ad utraque verò extrajudicialiter inmitti obtinuerunt Excellentiss. Sorores de Ludovisis superstitres, similis substitutiones titulum, & intestatæ successione jura allegantes, sed adversus easdem insurgente Excellentiss. Principe Jo: Baptista fratre, ac hæredè Testamentario Ducissæ, & Cessionario nomine ejusdem D. Marchione Cesare Baldinotto, qui similiter actuale bonorum possessionem apprehendit, excitata fuit acerrima controversia in summariissimo possessorii iudicio, in quo post sententiam ab A. C. latam favore DD Sororum de Ludovisis, decreta fuit à Rota manutentio Marchioni Baldinotto, exclusis tàm Ven. Ecclesia S. Ignatii, quia tanquam fideicommissaria de manu hæredis possessionem accipere tenebatur juxta Tex. in l. primo ff. quorum legat. quàm præfatis Sororibus, quia earum possessio capta ab intestato, & cum clausula, sine præjudicio habentium meliora, & potiora jura, manutentibilis non videbatur adversus hæredem scriptum potentius jus ex Testamento illico defuncte, ut ostensum fuit in tribus decisionibus à R. P. D. meo Caccia editis ante sententiam, à qua interposita appellatione, Causaque mihi commissa cum clausula Alteri qui ad legitimam, pluries disputandum proposui dubium -- An effect procedendum ad legitimam executionem mandati de Manutentio, sed nulla unquam capta resolutione in tertia propositione rescriptum fuit quod videretur de bono jure etiam ad effectum manutentionis, seu immissionis, cuius examine hodie suscepto.

DD. dixerunt consistere de bono Jure Ecclesie Sancti Ignatii, & Marchionis Baldinotti ad effectum consequendi immissionem pro indiviso in bonis hereditariis Principissæ Constantiæ, & quod ad hereditatem Ducissæ Lavinie consistere de bono Jure D. Marchionis ad effectum immissionis.

Quod attinet ad primam Dubii partem resolutionis ratio resultatè visa est ex lectura Testamenti Constantiæ, quæ relicta Principi Jo: Baptista legitima in defectum alterius filii masculi, quem ex ejus ventre prægnante nasciturum sperabat, filias feminas pro virili in tota hereditate substituit, hisq; etiam deficientibus, alias substitutiones ordinando sic disposuit, & in morte di. clausula de quelle, & di tutte, ne succeda, & debba succedere il Sig. Principe D. Camillo, quierat Testatrix frater, & in morte di quello ne succeda, & debba succedere la Chiesa di S. Ignazio del Collegio Romano della Compagnia di Gesù. Et rursum idem repetendo, ait & morte di clausula, come di tutte ne succeda, & debba succedere in detta mia eredità il Sig. Principe D. Camillo Panfilii, & a morte di detto Sig. D. Camillo, succeda la Chiesa di S. Ignazio, ex quibus verbis, cum pateat Ecclesiam fuisse vocatam tàm in casu obitus omnium dictarum Sororum collectivè, quàm in casu obitus singularum, eisdem distributivè facta censetur substitutio, quæ per uniuscujusque mortem perferatur dicitur, Rot. dec. 49. n. 4. p. 9. recent. coram Duoz. Jun. dec. 562. n. 2.

Contra hanc litteralem substitutionem objiciebatur, vel eam penitus fuisse caducam ob mortem Principis Camilli substituti intermedii, vel eidem nondum locum esse posse ob reciprocam favorem aliarum Sororum superstitum prius ordinatum.

Verum utraq; pars objecti removeret. Prima siquidem, quia agitur de substitutione facta sub commemoratione mortis, quæ dicitur compendiosa, Bartol. in l. Centuria. 15. n. 9. ff. de vulg. & pupill. Peregrin. de fideicom. art. 34. n. 2. & seqq. Rot. dec. 12. n. 5. par. 4. 10. r. recent. inter alias substitutionum speciem continens vulgarem anomoliam, ad partem docuit Bartol. in d. l. Centuria n. 26. & 23. ibique DD. comment. Dec. conf. 416. n. 6. Bich. dec. 17. n. 6. & seqq. & dec. 548. n. 6. cuius virtute quamvis caducentur substitutiones intermedie, aperitur via ulterioribus substitutis subintrantibus in locum graduum caducorum juxta famigeratam theoriam Bartol. in l. quando 68. ff. de acquir. heredit. ab omnibus receptam, Bellon. Jun. conf. 86. n. 32. Guidopap. dec. 550. Rot. dec. 324. n. 4. p. 17. recent. Eminentissimus Cerrus dec. 84. n. 3. & dec. 921. n. 2. Bich. dec. 27. n. 5. & seqq. & alius vocalis concordantibus novissimè dictum fuit in una Bononiens. Fideicommissi de Bovis. 20. Junii anni præteriti §. que concordanda est coram me, cum substituto hoc non capiente

dicatur substitutus instituto. *Ruin. consil. 94. num. 1. lib. 4.*
 6 *Peregr. de fideicom. art. 15. num. 15. dec. 648. par. 1. divers.*
 & prosequitur mox relata decisio coram me.
 7 Altera verò Pars obiecti facili pariter negotio tollitur, quia in prenarrata substitutione serie reciproca expressa non legitur, nec tacita subintelligi valet, deficientes ob substitutionem distributive factam à morte di *ciachbeduna*, præcipuo requisito, quod ab ultimo ex honoratis tota hereditas substituto restitatur, Soccin. *Sen. conf. 69. prope finem vers. aut simpliciter lib. 3. Bellon. Sen. conf. 82. n. 10. vers. sed die coram Eminentiſſimo. Cerro dec. 631. n. 4. & seq.*

Hæc igitur cum ita se habeant, debetur immisſio Ven. Ecclesiæ S. Ignatii virtute literalis substitutionis, quæ minime retardari posse viſa est sub prætextu legitimæ ex persona Ducissæ Lavinia à Principe Jo: Baptista præsentia, quia talis detractio utpotè certa ratione loci, & quoræ impedire non valet, quominus fideicommissario concedatur immisſio pro indiviso juxta opinionem semper à Rota servatam, ut testatur Add. ad Buratt. *decis. 63. n. 14. concordantes referens resolutiones, Caval. decis. 573. n. 2. Durnoz. Jun. dec. 637. n. 2. & alibi passim.*

Hæc autem plena æquitas proviſio fideicommissarii pariter, & hæredis indebitari consules præterendi nequit, quod iustitiam non debeat Marchionis Baldinotto sub prætextu, quod ejus Auctor detractioes omnes consumperit.

Quia ut dicitur probat prima Decisio R. P. D. Caccia q. 9. *Non obstante utque ad finem, Princeps Joannes Baptista, vel nihil detraxit ex fideicommissio, quod fuerit imputandum in legitimam Lavinia, vel rebus illis, quas fideicommissarius detractas conquirerit manifestè consumpta non apparet tota legitima; Ideoque cum verisimile, quinimo certum videatur superius adhuc aliquid ab hærede detrahendum, æquum non est, quod idem præposterato Juris ordine cogatur restituere, prius quam liquidetur portio, quæ detrahenda remanet.*

Hic sic firmatis quoad Bona fideicommissaria, quod attinet ad bonum Jus Marchionis Baldinotti pro consequenda Immisſione, illud delictum fuit ex publico Instrumento Testamenti, in quo scriptus legitur hæres Princeps Joannes Baptista ejus Actor, quod tanquam non abolitum, non cancellatum, nec in aliqua vi parte vitiatum plene probat pro hærede, *Coccin. dec. 2226. 5. & seqq.*

Nec necessaria viſa est matricis, sive originalis exhibitio instanter exadversò perita sub prætextu plurium nullitatum, quæ ex illius suspitione detegendæ dicebantur.

Quia cum sumptum exhibitum sit publicum, & solemnè, ejusdemque Notarii manu confectum, habetur loco originalis, eoque satisfactum dicitur legi, quæ tanquam valde confidens integritati Notarii præsumit illud delumptis ab originali, prout jacet, & quod per consequens mentionem fecisset de vitis, & nullitatibus, si quæ in matrice adfuissent, Gratian. *discept. 187. n. 15. cum seqq. & discept. 168. n. 31. Rot. coram Verall. decis. 354. n. 1. par. 2. dec. 178. num. 5. & dec. 180. num. 2. coram Durano dec. 61. n. 6. cum seqq. par. 12. & dec. 164. n. 4. par. 16.*

Idque potiori jure procedere debet in nostra hypothefi, ex quo post obitum Testatrici idem Testamentum in pluribus Curis exhibitum, & executum apparet. Primò enim illius virtute præfatus Princeps declaratus fuit hæres Ducissæ in Magna Curia Vicaria Neapolis cum decreto præcisè ambli, quod juxta præfatæ Curia ritus, non nisi in Testamentis validis interponitur Teste Cenſal. ad Peregrin. *de fideicom. art. 48. §. Tertia observat. 311. Thor. voi. 60. & voi. 84. n. 336. vers. sed in magna Curia Vicar. de Francho. decis. 204. n. 1. & Capic. latr. decis. 180. n. 18. & deinde executioni demandatum apparet hic in Urbe tam in Curia Capitulina ad instantiam Exc. Ducis Atii Viri, & Legatarii Ducissæ Lavinia DD. Soritoribus, quam in Curia AC. in qua hæres in eo scriptus citato clar. mem. Cardinali Ludovisio virtute ejusdem Testamenti, res hereditarias sibi tradi curavit, & credita hereditaria exegit.*

Hæc autem observantia controversi Testamento tuo replicatis actibus inducta cum plene comprobet ejusdem legitimitatem omnique fraudis, & nullitatis suspitionem amolitur, Gratian. *discept. 478. n. 6. & 7. Verall. decis. 354. n. 6. par. 2. Priol. decis. 333. num. 2. & decis. 185. n. 7. par. 10. decis. 61. num. 12. & 13. par. 12. & decis. 104. num. 12. par. 16. recent. DD. parum immorandum esse censuerunt rescilendis nullitatibus exadversò oppositis.*

Nullam enim suspitionem ingerere potuit duplex substituti-

ptio in ejus calce appofita, quarum prima facta legitur generalibus verbis. *Donna Lavinia Duchessa d'Atti*, altera verò alieno charactere conscripta sic habet - *Io D. Lavinia Ludovisi Duchessa d'Atti diceſſe esset quæſita la mia ultima volontà, per mano di me Francesco Andrea Mezzarò di suo ordine*, quia licet ad schedulæ identitatem probandum sufficeret prima, attamen secunda amplioribus verbis de ordine Testatrici ab alio confecta non derogat, sed potius coadjuvat realitatem Testamenti, factaque censetur pro majori cautela, ex quo Testatrix morbo languens sua manu adijcere non potuit verba illa - *Tosto, e dispongo*, quæ in secunda leguntur, ut animadvertimus fuit una *Romana Testamenti 12. Februarii 1671. cor. Reverendissimo D. de Boullemont confirmata coram Reverendissimo Emerit. Decano 19. Januarii 1682. & 14. Junii 1683.*

Ex quibus tollitur aliud obiectum, quod nempe Testatrix lectum non fuerit Testamentum, atque in eo contenta ignoraverit, nam ex subscriptione contraria insurgit presumptio, Rota coram Coccin. *decis. 1266. n. 7. & seq. & in recent. decis. 581. n. 16. par. 4. tom. 3. recent. & traditur in mox allegata decisione Reverendissimi D. de Bourlemont.* Minus subsistit quod Testes non fuerint presentes configurationi id conjiciendo ex eo quod in eorum subscriptionibus non afferatur.

Primò quia subscribendo implicite testantur configurationem, aliaque omnia narrata in rogitu Notarii esse vera, & coram ipsis gelta.

Secundò quia de eorum intervenitu constat ex rogitu Testamenti in quo narratur Regium Judicem ad contractus, Notarium, & Testes rogante Ducissa intervenisse configurationi Testamenti, illiusque subscriptioni, & configurationi; & id ipsum confirmant subscriptiones Testium affirmantium, videlicet Testatricem subscribentem, qui actus subscribendi cum præcessisset cedulæ configurationem plenum sit eisdem fuisse illi presentes.

Demum non urgeo quod subscriptiones Testium in verso ordine post rogatum Notarium legantur; Tum quia hunc esse stylum illarum Partium suppositum fuit in responsionibus datis ab informantibus pro Marchione. Tum etiam quia nullibi præcipitur Testes, sub pena nullitatis subscribere debere ante rogatum Notarii, quinimò contrarium innui videri potest in *l. hac consiliosima 21. C. de Testam. ibi - si nem autem Testamenti subscriptionem, & signacula Testium esse decernimus &c.*

Vindicta igitur à nullitatibus Testamento Ducissæ immisſio ejus virtute debita Marchiani Baldinotto tanquam Cessionario Principis Ludovisii hæredis impediri nequit excipiendo quod credita, pro quibus cessionem à dicto Principe reportavit, iam fuerint extincta redditibus Principatus Plumbini ex quorum administratione dicebatur insuper remansisse debitore scut. 100. mil. juxta decretum Regii Consilii Matriti à quo instantibus Principe, ejusque Creditoribus sequestrati fuerunt redditus omnes, quos Marchio habet in Regno Neapolis.

Et enim cum ab hujusmodi Decreto pendeat recursus ad idem Consilium eo pendente dici nequit consistare de vera, & reali satisfactione creditorum Marchionis, quam quidem satisfactionem, aliquo forsan pacto probare posset si idem emanasset post redditus rationes, sed cum prodierit ante illas dispensatas canonizare non valet debitum contra administratorem, sed potius tanquam editum in contumaciam resolvitur in gravatoriam, ut Marchio exhibeat, & reddat rationem de bonis administratis, ex quibus præterea animadvertatur inverisimile prius esse intrà paucos annos tot redditus perceptos fuisse ab Administratore, ut satisfactus fuerit de scut. 180. mil. quorum anno 1682. per publicum Instrumentum declaratus fuerat liquidus creditor dicti Principis Ludovisii, atque insuper remanserit debitor scut. 100. mil.

Et ita omnis aliis levioribus obiectis ab Informantibus plene sublatis responsum fuit Partibus accerrimè informantibus.

ARGUMENTUM.

Traduntur ea quæ in superius relata decisione continentur.

SUMMARIUM.

- 1 Substitutus per vulgarem anomalam in compendiosa contentam subintrat in locum & gradum substitui, qui ante eam hereditatem prædecessit.
- 2 Caducato primo gradu substitutionis subsequens evanescit conditionalis substitutio.
- 3 Verba distributiva resolvuntur in conjunctiva per existentiam personæ magis Testatoris dilectæ.
- 4 Substitutio facta per verba communia & sub commemoratione mortis dicitur compendiosa etiam si non adhibeatur quandoquocumque.
- 5 Virtus substitutionis anomala, quæ in compendiosa continetur est, ut dicatur facta vocato sive substitutus obierit adita, sive non adita ab ipso hereditate.
- 6 Locum non habet vulgare anomala, & nequaquam substitutus subintrat in gradum prædecessoris, si ab illius manibus Testator præcisè disposuerit, ut capere debet hereditatem.
- 7 Vulgaris anomala excluditur si substitutio concepta fuerit cum verbis importanter ordinem succedendi.
- 8 Vel sub aliquo conditione, quæ non fuit purificata, vel in certum casum, qui non evenit.
- 9 Verba succeda, & debba succedere, sunt directa, & communia, Et non restringunt dispositionem ad puram fideicommissariam.
- 10 Maxime si substituta fuerit pia Causa.
- 11 Persona prædecessoris non impedit successionem favore substitui, quando substitutio est facta distributivè, & collectivè simul.
- 12 In claris frustra proponuntur conjecturæ.
- 13 Pro legitima datur immisſio pro indiviso.
- 14 Testamentum non abolitum, nec cancellatum, nec in ulla sua parte vitiatum plenum constituit probationem favore heredis in eo scripti.
- 15 Copia testamenti à notario ex ipso originali desumpta præsumitur illi uniformis, & dicitur æque originalis.
- 16 Credendum non est notarium sumpsisse autenticum ab originali vitioso ipsius notis suppresso.
- 17 Magna Curia Vicaria Neapolis non solet aliquem declarare heredem, nisi testamentum sit solemnè.
- 18 Testamentum validum præsumitur, si tanquam tale fuit observatum.
- 19 Non præsumitur quod veniens ab intestato vacuisset, si testamentum in quo alius extitit hæres scriptus validum non fuisse.
- 20 Identitas schedulæ testamenti, ac illius validitas satis ex subscriptione Verbis generalibus concepta emergit.
- 21 Et si alia addatur nihil deperdit.
- 22 Ex subscriptione testamenti oritur præsumptio scientiæ illius.
- 23 Et sola possibilitas pro illius validitate exuberat.
- 24 Testes in testamento uno eodemque die nullo actu extraneo interveniente se subscribere debent.
- 25 Ex quibus hoc implementum desumatur.
- 26 Testes fuisse præsentis configurationi testamenti probatur ex rogitu Notarii.
- 27 Attestatio unius Testis extra judicialiter confecta non potest retardare executionem testamenti.
- 28 Secuti hæredis scripto debetur immisſio.
- 29 Ita debetur ejus Cessionario.
- 30 Gravatoria nil aliud est quam pena pecuniaria, quam Juxta imponi Contumaci, & non parenti ejus præceptis.
- 31 Antereditum rationem Administratores dici non potest, neque Creditor, neque Debitor.
- 32 Exceptio non reddita rationi retardare nequit executionem crediti liquidi, quod nullam habet dependentiam ab ipsa administratione, & num. 33.

DECISIO IX.

Sacra Rota hodie censuit, esse confirmandas tanquam validas, & iustas binas sententias Rota les latas coram R. P. D. Hervault, quarum una decernit immisionem Ven. Ecclesiæ S. Ignatii pro indiviso cum Marchione Baldinotto Cessionario Principis Joannis Baptista super bonis provenientibus ab hereditate Principis Constantia Ludovisii in vim substitutionis ab ista ordinatæ, & ad ejusdem Ecclesiæ favorem purificatæ pro obitum Ducissæ Lavinia illius filia; Altera vero eidem Marchioni immisionem pariter indulget super bonis liberis ejusdem Ducissæ ex ejus Testamento ad eundem Principem Joannem Baptistam Fratrem delatis.

Validas namque utriusque sententiæ est in controversia apud Patres.

Iustitia verò quæ respicit primam, resultat ex Testamento ejusdem Principis Constantia, in quo Instituto sibi hæredes filio masculo nascituro, ei substituendo pro equali portione tres filias feminas, istis sic substituit, & à morte di *ciachbeduna* di quelle, & dicitur ne succeda, & debba succedere il Sig. Principe D. Camillo Passilio mio Fratello, & à morte di quello ne succeda, & debba succedere la Chiesa di S. Ignatio nel Collegio Romano della Compagnia di Gesù, &c. quod successivè etiam reperit in alio casu, ibi - & à morte di *ciachbeduna* come di tutte ne succeda, & debba succedere in detta mia heredità il Sig. Principe D. Camillo Passilio, & à morte di detto Sig. D. Camillo succeda la Chiesa di S. Ignatio. Unde cum purificata successione ad favorem feminarum, altera ex istis, nempe Ducissa Lavinia nuper obierit, prædefuncto jam Principe Camillo aperta fuit Substitutio ad favorem Ecclesiæ S. Ignatii, quæ licet secundo loco vocata, nihilominus per vulgarem anomalam in compendiosa contentam in illius locum subintravit, ac si immediatè fuisset ipsi Ducissæ substituta, & præcedens gradus factus neutiquam fuisset juxta receptam theoreticam Barth. in l. quandoquid num. 10. ff. de acquir. hered. Surd. *decis. 177. n. 10. Peregrin. de fideicom. art. 15. n. 14. Card. Cels. decis. 388. n. 10. Rota decis. 332. n. 6. & seq. & decis. 405. n. 11. & seq. par. 2. & decis. 201. n. 11. & seq. & decis. 227. n. 3. & seq. p. 8. & dec. 427. n. 2. p. 14. & dec. 353. n. 2. & 3. p. 15. & in dec. cor. R. P. D. Hervault 15. Martii 1688. §. verum utraq.*

Nec obstat viſa sunt duo, quæ iterum in hæc secunda instantia adversus purificationem d. substitutionis obiecebantur, unum nempe, quod vocatio Ecclesiæ sit restricta ad simplicem fideicommissariam verificabilem solum in casu, quo Princeps Camillus primo loco substitutus supervivisset Ducissæ Lavinia, & fideicommissum agnovisset, itant per prædecessum ejusdem Principis virente Ducissa, sicut caducatus fuit præcedens gradus substitutionis ita evanuerit etiam subsequens conditionalis substitutio ad favorem Ecclesiæ ordinata juxta Doctrinam Angeli in eadem l. quandoquid ff. de acquir. hered. Alex. consil. 10. num. 5. lib. 1. Altograd. *conf. 46. n. 12. & seq. lib. 1. Card. de Luc. de fideicom. disp. 107. n. 6. & seq. Rot. cor. Priolo dec. 138. n. 1. & seq. repetitum in rec. dec. 154. p. 13.*

Et alterum, quod ob superexistentiam Sororum defunctæ Ducissæ Coheredum nullatenus purificata dicitur dispositio ad favorem Ecclesiæ, quamvis concepta per verba distributiva, à morte di *ciachbeduna*, quia cum superint personæ magis dilectæ, ut sunt Sorores, & respectivè filia Testatrici, verba distributiva resolvuntur in conjunctiva, & expectandum est omnium obitus ob verisimilem, ac præsumptam mentem matris preferens proprias filias magis dilectas extraneo substituto, ut in his terminis Alex. *conf. 175. n. 8. & seq. lib. 5. quem alia allegat sequitur Peregr. de fideicom. art. 13. n. 32. & 33. & his relatis Rot. cor. Coccin. dec. 938. per tot. & dec. 945. n. 1. & 2.*

Et enim utrumque animadvertendum DD. cessare ex ipsis 4 verbis Testamenti, nam quoad primum Testatrix concepit ambas substitutiones pure per verba communia, & sub commemoratione mortis, ibi - & à morte di quello succeda, & debba succedere, Unde non potest dici conditionaliter, sive per fideicommissum substituitur, sed per compendiosam, etiam non adiecit verbum quandoquocumque, ut notant communiter Doctores in *l. Centuria, & sequenter Barcol. n. 9. 25. & 32. ff. de vulg. & pupill. & in l. signibus C. de impub. ribus, & alius substituitur. Fostat. conf. 25. n. 13. & seq. & de substit. 233. num. 29. & 30. & latissimè Mart. de succell. legel. par. 4.*

3. p. 4. 30. n. 1. 2. & 3. Rota cor. Durano decis. 339. n. 12. cor. Bichio decis. 445. n. 15. & segg. Priol. dec. 110. n. 12. & segg. Card. Carr. decis. 513. n. 11. & seg. tub qua continetur anomala vulgaris, cuius virtute substitutio Ecclesie intelligitur facta, sive Princeps Camillus obierit, adita, sive non adita ab ipso hereditate, ex deductis per Mart. de success. legal. p. 4. 9. 30. d. art. 1. n. 1. Card. Celli. decis. 33. num. 10. Rot. dec. 147. n. 18. & 19. post Torr. de pati. & dec. 201. n. 6. & seg. & dec. 227. n. 3. & seg. par. 8. rec. & in huius facti specie respondit Rot. in Romana, seu Florentina Successionis 39. Januarii 1682. §. etenim cum seg. cor. R. P. D. Ursino.

6. Observando preteritum, quod Ecclesia non fuit substituta nominatim ipsi Principi Camillo iuxta l. Celsus §. i. ibi quod aliquis heredis fidei nominatim committitur ff. de legat. 2. vel cum verbis importantibus ordinem succedendi iuxta deducta per Altogr. conf. 46. lib. 1. in objecto allegat. Card. Celli. decis. 388. n. 11. & seg. vel sub aliqua conditione, quae non fuerit permissa, vel in certum casum, qui non eveniret, in quibus terminis loquitur Rot. cor. Priol. dec. 338. in ipsam distinguit n. 5. cum tribus segg. & clarus in dec. 427. n. 3. & p. 14. rec. sed cum verbis impersonalibus, ac directis, seu communibus, ut sunt supra recensita, & a morte di quo succedenda, debba succedere perque dicendum est Testateorem noluisse restringere dispositionem ad puram fideicommissariam, sed voluisse Ecclesiam S. Ignatii succedere, quocumque tempore mors Principis sequatur, sive ante, sive post obitum filiarum, & sic ipsam filiarum hereditas ad Text. in l. si plures ff. de legat. 3. & gloss. in d. l. Gallus §. & quid si tantum Card. de Luc. fideicom. art. 15. n. 27. sub n. 7. vers. hinc proinde cum seg. Giovang. conf. 176. n. 10. & conf. 77. n. 37. & seg. Perer. de fideicom. art. 15. n. 27. Rot. dec. 122. n. 8. & seg. & dec. 493. n. 7. & seg. p. 2. & dec. 201. n. 16. p. 8. & dec. 12. n. 21. & 22. p. 10. & cor. Bich. dec. 445. n. 31. vers. neque in contrarium, & seg.

10. Maxime quia agitur de substitutione favore pie cause, & in pio usus, hoc est pro erectione Cappellanarum, & celebrandis Missis pro Anima ipsius Testatrix, ut advertit Rot. dec. 150. n. 11. 16. p. 7. & dec. 12. n. 15. 16. p. 10. rec.

11. Quoad secundum observant DD. quod Testatrix non solum vocavit Ecclesiam in casu obitus cuiuslibet ex filiabus singulariter, sed etiam in casu obitus omnium collectivè, unde quidquid fit, quando substitutio est facta per sola verba distributiva, an intelligatur conjunctivè ob existentiam personarum praelectarum, & quae ab intestato excluderet substitutum, in quibus terminis loquuntur auctoritates pro affirmativa in objecto allegatas, collat huiusmodi quaestio, quoties, ut in presenti, & distributive, & a morte di casu duno, & collectivè in obitu omnium, come di tutte, sicut datus substitutus, hoc enim casu, cum clara sit voluntas Testatrix utroque modo substituendi, non attendit an perisset persona praelecta ad impropianda verba, sed indistinctè per uniuscuiusque obitum, & in cuiuslibet portione purificatur substitutum, Giovang. conf. 82. n. 38. 49. & 50. Rot. cor. Amato Duno. dec. 562. n. 2. & dec. 49. n. 4. pun. 9. & in individuo perpenis hinc inde rationibus fuit resolutum in Senatu Granateni pene Larrea dec. 61. per tot. & decisio ad num. 19. usque ad finem.

12. In nihilo relevantis conjecturis, & argumentationibus in contrarium cumulatim, ad convincendam Principis voluntatem, praesertim pridè omnes eius filias, antequam Ecclesia ad successionem admittatur, quia cum ex verbis supra ponderatis expressè alter confect, non est admittenda controversia voluntatis, & in claris frustra agitur de conjecturis, & praesumptionibus, ut respondit Larrea d. dec. 61. n. 43. Giovang. conf. 82. n. 49. & 50. & Mantie. de consuet. ult. volum. l. 1. tit. 5. sub n. 2. vers. nam cum in verbis.

13. Stante igitur iustitia sententiae respectu Ecclesiae, ipsa eadem non fuit in dubium revocata, quoad Marchionem Baldinotto, cui pro legitima debita Ducissa Laviniae heredi gravata super ipsam fuit data immisio pro indiviso cum illa non soleat denegari, Rota cor. Amat. Duno. dec. 637. n. 2. & dec. 102. n. 9. p. 13. rec. & in Anconitana Legitime 26. Junii 1687. §. finali cor. me.

Justitia alterius sententiae, in qua pariter immisio decernitur eidem Marchioni Baldinotto super bonis liberis Ducissae Laviniae defunctorum ex publico Instrumento illius Testamenti, in quo haeres instituitur Princeps Joannes Baptista Marchionis Auctor, quod cum non sit abolutum, nec cancellatum, nec in ulla sua parte vitiatum, plenam consequit probationem favore haereditis in eo scripti, Hon-

ded. conf. 66. n. 1. & 2. lib. 1. Altograd. conf. 50. num. 8. vers. Instrumentum, Cyriac. contrav. 407. num. 72. & seg. Rub. priat. resol. de Testam. c. 38. n. 129. & seg. Rot. cor. Corvill. dec. 128. n. 1. & seg. cuique vigore datur immisio ex l. fin. C. de editio D. Adriani tollen. Thoma. dec. 80. num. 9. Rot. dec. 104. n. 4. p. 16. rec.

Abque eo, quod necessaria fit exhibitio originalis sed matricis, quia cum exemplum, quod fuit productum, sit à Notario rogato desumptum ex ipso originali, praesumitur illi uniforme, & dicitur aequè originale, Menoch. de adipsen. remed. 4. n. 631. & seg. Grat. discept. 187. n. 12. & segg. Rot. dec. 233. n. 6. 7. & dec. 236. n. 3. & 4. p. 5. & dec. 61. n. 6. p. 12. rec. cum non sit credendum Notarium (cuius fidei multum lex confidit) iumpuisse Authenticum ab originali vitioso, ipsius vitio iumpisse, ut subdit Menoch. de adipsen. d. remed. 4. sub n. 634. vers. nec adverteatur, Grat. discept. 268. n. 30. 31. Rot. d. dec. 61. n. 10. & 11. p. 12. rec. cum alitè in dec. R. P. D. Hervault §. quia cum iumpsum.

Eo magis, quia concurrat observantia eidem Testamenti cum in diversis Curis fuerit approbatum, & executioni demandatum, primo in Magna Curia Vicaria Neapolis, ubi idem Princeps Ludovivus Frater fuit declaratus haeres per appositionem Decreti, vulgò praebambuli, quod non alter apponitur, nisi quando Testamentum est validum, ut testatur Capyc. lat. decis. 188. n. 18. Vincen. de Franch. decis. 294. n. 1. & seg. Cenfal. ad Perer. art. 48. §. 3. observ. fol. 311. & successive in Curia Atri, in Curia Capitolina ad instantiam Ducis Atri, confectione Legati sibi ab eadem Ducissa Lavinia uxore relicti, quod obinitu citatis DD. Sororibus, quam etiam in Curia A. C. ubi idem haeres, citato c. mem. Cur. Ludovivus res hereditarias sibi tradit curavit, & credita hereditaria exegit, ex quo sequitur, quod cum pro legitima dispositione observata haec fuerit, non sit amplius dubitandum de illius legalitate, nam observantia plurimum potest, ad significandum, actum esse foremlem, cum pro solemnè fuit observatum, ut in terminis Testamenti Menoch. conf. 423. sub n. 18. vers. 5. & n. 20. & segg. Grat. discept. 429. n. 17. & discept. 468. à n. 5. usque ad 10. ubi quod scientia, & patientia facti praesumere veritatem Testamenti, nam alias veniens ab intestato non tacuisset, Perer. conf. 64. n. 19. lib. 1. Rota cor. Arguelles dec. 17. n. 13. & cor. Merlini dec. 244. n. 21. vers. praesertim, & n. 22. & dec. 185. n. 7. par. 10. rec.

Nec obstant praeterea nullitates, & prima namque quod scheda testamenti duplicem continet subscriptionem, etiam Ducissae cum verbis generalibus D. Lavinia Ducissa d. Atri & alteram alieno charactere exarata. Io D. Lavinia Ludovivis Ducissa d. Atri dico esse quae ista mia ultima voluntas per mano di me Francesco Mazzara di suo ordine nec nullitatem nec fraudem praesert, quia cum ad schedam Testamenti identitatem, ac validitatem satis esset prima subscriptio, licet verbis generalibus concepta, ut in simili subscriptione dixit Altograd. conf. 58. n. 26. cum duobus segg. l. 2. Adde. ad Buratt. dec. 475. n. 23. Rota decis. 263. n. 12. vers. perinde est, & n. 14. par. 4. tom. 2. rec. confirmata dec. 581. n. 13. & 14. p. 10. 3. Altera, quae magis late, & explicitè fuit ex abundanti, & ad majorem cautelam superaddita de ordine ejusdem Ducissae, quae tunc morbo languebat, nihil detrahit de realitate Testamenti, sed illam magis coadiuvat, ut fuit dictum in decis. cor. R. P. D. Hervault. 15. Martii 1688. §. Nullam enim, & prius in Romana Testamenti 12. Februarii 1681. coram Reverendis D. Bourlemont confirmata coram Reverendis. Emerix Decano 16. Januarii 1682. & 14. Junii 1683.

Secunda verò deducta ex eo, quod non confect eandem Testamentariam schedam fuisse lectam ipsi Ducissae, vel quod sciret contenta in illa, non fuit habita in consideratione, cum ex subscriptione quam illi appositorum praesumptio scientiae, & quod fuerit antecesser lecta, ut addunt Jason. in l. si in stipulatis 126. §. Christophorus n. 14. ff. de verb. oblig. Craveit. conf. 25. n. 13. Ruin. conf. 193. n. 1. & 6. lib. 2. Altograd. conf. 58. n. 19. & 26. lib. 2. Adde. ad Buratt. decis. 475. sub n. 23. Rota decis. 264. n. 16. p. 4. tom. 2. rec. & in illius confirmatoria dec. 581. n. 17. cum seg. par. 4. tom. 3. rec. cum ad hunc effectum sufficiat sola possibilitas, ut in foriori casu dixit Rota cor. Penia decis. 607. sub n. 13. vers. in hoc ego & n. 12.

Nec applicatur tertia nullitas, sed fraudis suspicio praetensa ex eo, quod Testes se subscriperint post rogatum Notarii, quae praeposterè subscriptiones potuerint apponi post

Luna 16. Januarii 1690.

ARGUMENTUM.

Est Decisio Praecedentium confirmatoria.

SUMMARIUM.

- 1 Substitutio facta à morte di ciascheduno non potest in se continere reciprocam, cum deficiat requisitum quod ab ultimo ex honoratis tota hereditas substituto restituitur & n. 2.
- 2 Verba distributiva resolvuntur in conjunctiva existente Persona à Testatore praelecta.
- 3 Haec tamen conclusio minime procederet si Testator nedum disposuisset sed etiam collectivè substitueret & n. 5.
- 4 Idque magis procederet si Testator sic pluries substitutionem repetiverit.
- 5 Immissio est decernenda in vim coepit testamenti à notario exarata.
- 6 Praesertim si idem testamentum pluries fuerit observatum.
- 7 Testium rogatus dicitur implicite adesse si confect de celebrata Testatoris voluntate disponendi.
- 8 In Regno Neapolitani adesse siglus, ut in testamentis prius Judex deinde Tabello, & postmodum Testes se subscribant.
- 9 Ut testamentum validum sit sufficit, quod confect Testes unico contextu se subscripserint.
- 10 Exceptiones requirentes alioiorem indaginem non sunt in iudicio immisionis proponendae.

DECISIO X.

Nhaerentes DD. fundamentis praeteritae Decisionis eoram me editae sub die 23. Maii anni proximè elapsi iterum responderunt confirmandas esse Sententias Rotales cor. R. P. D. Hervault latas.

Siquidem respectu Vener. Ecclesiae S. Ignatii lis transiit abque contradictione, & sanè unicum, & principale objectum, quod huc usque tam in priori, quam in presenti instantia fuit saepius inculcatum, scilicet quod per ibi tantum Ducissa Laviniae nullatenus esset factus locus substitutionis Ecclesiae antedictae in illius portione ob superexistentiā Sororum, quibus vel per tacitam reciprocam inter eas inductam, vel per praesumptam mentem Testatrix ratione praedilectionis erga Filias, data foret successio, visum est cessare, animadvertendo iterum, quod nec reciproca tacita, nec restauratio praesumpta voluntas assistit.

Non quidem tacita reciproca, quia ponderando iterum verba Testamenti in praeteritis Decisionibus relata, sicuti in iis expressa non legitur, minus tacita subintelligi potest, cum resistent verba substitutionis, quae cum fuerit distributive facta -- à morte di ciascheduna, operatur, ut deficiat praecipuum requisitum, quod ab ultimo ex honoratis tota hereditas substituto restituitur, ut in his terminis notant DD. in L. Pater filliam, §. Duobus ad L. falcidiam. Socin. Jun. conf. 69. n. 7. col. 4. prope fin. vers. sed simpliciter lib. 3. Paris. conf. 42. sub n. 20. & seg. lib. 2. Bellon. Sen. Conf. 82. n. 10. vers. sed sic. Rota cor. Barill. d. 105. n. 25. & seg. & in rec. d. 192. n. 38. 11. & segg. p. 8. & d. 88. num. 4. cum segg. par. 13. cum dicta verba importent, ut qualiter moriens fiat locus substitutioni, ut praeter mox relatas tradit Perer. de fideicom. art. 13. n. 83. Modern. Lucen. alleg. 35. n. 63. 1. in 2. Larrea d. Granat. 61. n. 33.

Minus assistit praesumpta voluntas defunctorum ex praedilectione materna erga Filias, quae pretenditur eadem verba distributiva resolvi in conjunctiva, ita ut per Ecclesiam substitutam expectari debeat obitus omnium ex auctoritatibus allegatis in praeterita Decisione etc. & alterum. Quoniam cum Testatrix Ecclesiam substituerit non solum distributive, -- à morte di ciascheduna, sed etiam collectivè in obitum trium -- come di tutte, ex hac discretiva dispositione, cum constet de aperta eius voluntate in utroque casu substituendi, cessat quaecumque praesumpta voluntas, & substitutum pro obitum uniuscuiusque ex haeredibus, & in cuiuslibet portione ad succedendum admittitur, ut discussio articulo fuit decisum in Senatu Granateni apud Larrea d. 61. p. 101.

longum intervallum, contra formam Textus in l. hac consulsissima C. de Testamentis, requirentis, quod Testes uno, eodemque die, nullo alio extraneo interveniente subscribant Testamentum, ut dixit Rota cor. Penia decis. 1471. num. 4.

25. Quia visum est DD. ex ipsa rei gestae serie satis appareat, unico contextu, & tempore fuisse omnia peracta, & adimpletam formam D. Textus, & impropiè agi de fraude in dispositione quae non est ad favorem personarum extranearum, & suspectarum, sed in beneficium fratris.

26. Nec majoris efficaciae est altera, quod Testes non fuerint praesentes conflationi, dum id non exprimitur in eorum subscriptionibus; Etenim cum in illis se dicant praesentes Testamento, & vidisse Testatricem illud subscribere, dum Notarius deinde se rogat de illius conflatione, ad effectum illud conservandi, & aperiendi, ut ipse inquit, in praesentia eorumdem Testam, palam sit, eodem fuisse praesentes conflationi, & insimul constare, nedum de identitate schedulae, sed de ipsomet Testamento Ducissae, Othob. dec. 181. n. 9. & seg.

27. Attestatio demum Ancillae ejusdem Ducissae, quae pro complemento deducebatur, ad ostendendum, eadem nocte nullum fuisse confectum Testamentum a Ducissa, tanquam informis, & unica non est sufficiens retardare executionem Testamenti, cuius existentia remanet probata ex publico Instrumento, Rota in Psajuren. Testamenti 1. Aprilis 1686. §. Minus autem, & seg. cor. R. P. D. Ursino.

28. Postea itaque vididit Testamenti, denegabilis visa non fuit immisio Marchionis Baldinotto, cum doceat de mandato procuratorum Principis Ludovivis heredis Ducissae ad capiendam possessionem bonorum hereditariorum eius nomine, illamque deinde mutandi ad proprium commodum pro creditis in eodem mandato expressis, nam sicuti ipsi Principi haereditaria debita foret, ex remedio legis finalis C. de editio D. Adr. tollen. Ita ex eodem remedio debita est eius Procuratori, & Cessionario, Argel. de legit. Contradict. q. 7. art. 2. n. 39. & seg. Olea de Cession. jur. tit. 6. qu. 5. n. 9. Rota in Sabunen. Testamenti 26. Januarii 1637. §. Quia cum Patres coram Pirovano.

29. Nec subsistit, quod Marchio sit de dictis creditis satisfactus; immò remanet debitor Principis in scuto. 100. mil. occasione administrationis Principatus Plumbini, ex decreto Regii Consilii Matrici, cuius vigore fuerunt sequestrati redditus, & bona, quae ipse Marchio possidet in Regno Neapolis, Summario praesentis n. 4.

30. Etenim praedictum decretum nihil aliud continet, quam simplex sequetram pro sc. 100. mil. ob non tradita a Marchione computa administrationis Status Plumbini, ut legitur in eod. Summar. n. 4. & sic se habet eorum loco simplicis gravatoria, seu multae, quae est proprie pena pecuniaria, quam Judex imponit contumaci, & non parenti eius praecipit l. 2. §. final. ff. de Judiciis, & cum illa cessaverit per comparationem, & recursum habitum a Marchione ad idem Consilium Regium, non potest, illo pendente, antequam reddita sit ratio, & disputata computa Administrationis, dici in aliquo debitor, Rota dec. 251. n. 9. par. 4. tom. 2. rec. coram Buratt. decis. 595. n. 2. & 3. & in Romana pecuniaria 3. Junii 1667. §. Ratio resolutionis cor. bon. mem. Vercolio.

Multo minus in presenti, ubi Princeps ex solidatione secuta de anno 1682. apparet liquidus Debitor Marchionis in sc. 180. millibus Summ. n. 4.

31. Hinc sequitur, quod cum credita Marchionis de quibus agitur fit clara, & ab ipso Principe in eodem Instrumento mandati procuratorum, & respective Cessionis controverforum bonorum confessata, non valet eorumdem solutio retardari sub turbida exceptione non reddite rationis, ac sub in verisimilibus, & penitus incerto debito nullatenus compensabili cum creditis liquidis seg. statu liber rationum 5. ff. de statu liber. Socin. sen. conf. 24. num. 36. l. 1. Grat. discept. 728. n. 11. Zaech. de oblig. Cam. qu. 31. n. 3. Seraph. dec. 145. n. 4. & seg. Bich. decis. 226. n. 3. seg. cor. Othob. dec. 169. num. 14. & 15. & in Romana Pecuniaria 3. Junii 1665. & quae nullam habent dependentiam ab ipsa Administratione, Merlin. de pignori. & hypoth. lib. 3. tit. 1. qu. 2. n. 39. & 40. Rot. dec. 352. n. 17. p. 19. rec.

Et ita Partibus hinc inde informantibus fuit resolutum.

101. & signanter à n. 19. usque ad finem, & firmavit Rota coram Annat. Dunozert. dec. 362. n. 2. & decis. 49. n. 2. p. 9. recent. cum aliis allegatis in eodem præterita decisione §. Quoad secundum. Quatenus additur Honded. conf. 60. sub n. 36. vers. *Tum etiam vol. 1.* discretivus enim modus dispositionis ostendit diversitatem tam dispositionis, quam voluntatis dispositionis, ut omnibus generalibus dixit in hac facti specie Rota coram Card. Cero decis. 680. n. 36. vers. *Sed etiam discretivum*, inmaxime quia non solem, sed bis huiusmodi substitutio sic concepta fuit a Testatrice repetita, quod ostendit ejus enixiorem voluntatem; & mentem magis deliberatam L. cum pater filios §. Filius Matrem de legat. 1. Paris. Conf. 89. n. 22. & seq. lib. 2. Surd. conf. 375. num. 10. & 11. Card. Celf. d. 29. §. 6. & magis præcisè Honded. d. conf. 60. n. 36. lib. 1.

Quo autem ad Marchionem Baldinottum, licet totum causæ momentum reduceretur super eo, an testamentum Ducissæ Laviniæ esset validum, nihilominus animadvertentes Domini. Instrumentum à Notario rogato desumptum ab ipso Originali Testamento, & in publica forma in actis exhibitum, nullum continere vitium visibile, non dubitarunt illius vigore debere immisionem vigore s. fin. C. de edit. Div. Adrian. Tollen. juxta late cumlata in decisione, quæ confirmatur §. *Justitia autem & in alia præcedens instantia* cor. R. P. D. Hervault §. *Hinc sic firmatis*, & seq.

102. Eo facilius concurrere ejusdem Testamenti observantiam dum in pluribus Curijs exhibitum, semper fuit executioni demandatum, vel in favorem Hæredis in eo scripti, vel ad favorem Legatariorum citatis etiam Dominis Sororibus, ut plenus animadversum fuit in istis Decisio- nibus, tam coram R. P. D. Hervault §. *Idque quam coram me §. Eo magis*, observantia enim dat robur Testamento, illudque solemne, ac validum declarat Menoch. conf. 423. sub n. 18. vers. 5. & n. 20. & seq. Gratian. decis. 429. n. 17. & decis. 468. à mun. 5. usque ad no. Rot. dec. 185. n. 7. par. 10. rec.

103. Nec ad infringendam Testamenti validitatem subsistunt oppositæ nullitates, prima namque, quod Testes in illo adhibiti, ac subscripti, non fuerint rogati, visa est cessare ex illius Lectura tam in principio rogatus consignationis Testamenti quam etiam in illius aperitione præsentibus summ. n. 5. juncto &c. quod idem Testes in eorum subscriptionibus testantur se fuisse præsentibus Testamenti, & vidisse Testaricum illud subscribere; quoties enim constat de voluntate Testatoris, ut hic deliberatè dispen- dendum, Testium rogatus dicitur adesse saltem implicite, & virtualis, qui sufficit, ut dixit Card. de Luc. de Testa- mento disc. 15. Grat. disc. 93. n. 2. 3. & 7. & 10. Rota cor. Card. Cero dec. 9. n. 11. cum duobus seq.

104. Altera vero delumpta ex præpositis subscriptionibus post rogatum Notarii, excluda remanet, five quia ita se habet stylus in Civitate, ac Regno Neapolis, scilicet ut prius Judex, deinde Tabellio, & postmodum Testes se subscri- bant in Difformi seu Testamento, ut refert Lucas de Penna in l. 2. sub n. 9. vers. in Regno. de conveniendis hie- debit. lib. 10. Afflic. dec. 166. n. 7. five quia ex serie Testa- menti illiusque aperitionis apparet Testes fuisse unico con- textu, & tempore subscriptos, quod sufficit, ut dicatur adimpleta forma Text. in L. hac. consultissima 6. de Testam. ut respondet præterita decis. §. nec applicatur.

105. Hinc retardari non posse videatur petita Immissio sub fundamento pendens probationis super præsentibus defectibus Testamenti; Quia prætermisso, quod remissoria iam à mente Non embis concessa usque adhuc non fuit à Do- minis Sororibus de Ludovisis expedita, cum agatur de Testa- mento non abolo, neque cancellato, nec in ulla sui parte vitato, & probatio facienda per Testes non excludit contrarias, & fortiores probationes ab Hærede scripto factas, vel faciendas, exinde orta non fuit liquida exceptio sufficiens ad retardandam immisionem; sed tanquam al- tioris indaginis rejicienda est ad petitorium, ut in his In- strumentis advertit Menoch. de adipsen. remed. 4. n. 726. Angel. de acquir. possess. q. 2. n. 217. Rota decis. 47. num. 9. post Merlin. de legitim. & fuit dictum in Pisarenis Testa- menti 1. Aprilis 1686. §. minus autem cum seq. cor. R. P. D. Ursino.

Et ita persistendo in decisio, fuit resolutum utraque parte audita.

R. P. D. HERVAULT.

Bononien, Fideicommissi de Ghisellis.

Mercurii 24. Januarii 1685.

ARGUMENTUM.

Agitur de eodem articulo pertractato in Discursibus XXX. & seq. Cardin. de Luca de fideicommissis an sub nomine Descendentium Masculorum veniant Masculi ex femina, & venire deciduntur etiam si contemplata fuerit artificialis agnatio mediante onere assumendi cognomen & arma Testatoris quæ potest æque valide adimpleri per Masculos ex feminis.

SUMMARYUM.

1. **S**taturum disponens, quod due sententia habeant vim trium, locum vindicat, quoties sententia fuit iusta, secus si iniusta.
2. **S**ententia lata contra unum, alium ex propria persona venientem non præjudicat.
3. **S**ententia absq. Citatione prolata, nullius est relevantis.
4. **S**ententia iniusta non transit in Judicium.
5. **A**ppellatione Descendentium veniunt etiam descendentes ex femina.
6. **L**imitatur in fideicommissi agnatio.
7. **D**ispositio nunquam censetur facta favore Agnationis, nisi de hoc clari, & evidenter constet.
8. **V**otum conservandæ Agnationis elicitur ex opere assumendi Cognomen familie.
9. **I**ntellige, ut procedat, si testator vocatis prius omnibus veris Agnatis, in eorum deinde defectum dict. onere adjecto invitaverit extraneas personas.
10. **N**on autem si existentibus veris Agnatis, illos non vocaverit sed alios cum d. onere admisit.
11. **F**ictam, & imaginariam Agnationem possunt etiam descendentes ex femina conservare.
12. **E**t ut illi dicantur exclusi, opus est ut Testator specificè & expressè illos rejecerit.
13. **U**t absurda evitentur, etiam à literali sensu verborum recedere oportet.
14. **F**ida agnatio iudicari debet cum eisdem regulis veræ, & rigorose Agnationis.
15. **D**escendentes ex feminis de linea prædilecta, sive versetur in ingressu, sive in progressu linearum, excludi non debent a masculis remanentibus lineæ, licet Testator artificialiter, & fidei Agnationis voluerit conservati- onem.
16. **H**ecque eo magis procedunt, quando Testator extante naturali Agnatione, ab initio ad propriam familiam assumendam allexit extraneos.
17. **E**xpresso qualitate masculinitatis levissimum præbet argumentum prædilectionis Agnationis.
18. **Q**ualitas masculinitatis adjecta certis personis, & gradibus substitutionum, operari potest quod inter illos, qui specificè vocati sunt cum d. qualitate censetur habita Agnationis ratio, & non ultra & n. 19.
20. **V**erba eo casu sunt taxativa, & nullam admittunt exten- sionem ad diverfa.
21. **P**rohibitio alienationis facta semper censetur ad confir- mandum præcedens fideicommissum, non autem ad illud extendendum.
22. **D**igressus ad plures gradus substitutionum non est aptus inducere fideicommissum agnationis.
23. **P**roni nec etiam verba perpetuam importantia.

DECISIO XI.

Longævam sui nominis durationem exoptans Antonius de Ghisellis condidit anno 1499. perperum descen- sium fideicommissum, in quo pro medietate hæredem primo loco instituit Joannem de Ghisellis, pro alia vero medietate Bartholomæum Vascellum, eorumque filios, & descendentes in infinitum, hiq. deficientibus (præter alias atque alias substitutiones longo ordine dispositas) recipro- cam etiam inter utramque lineam ordinavit, ut constat ex ejus Testamento, cui facto loco ob mortem testantis illius hæreditatem adivere præfati Joannes, & Bartholomæus, a

qui-

quibus gæminæ Ghisellorum lineæ propagatæ fuerunt, ex quarum altera descendit Franciscus Actor, qui per obitum Joannis Rugerij ultimi masculi ex linea Bartholomæi pre- tendens advenisse casum suæ vocationis immittere petiit in possessionem bonorum fideicommissariorum, quæ posside- bantur ab illius filiabus, Olimpia nempe, ac Soror. Maria Candida, seu verius ex hujus persona à Ven. Monastrio S. Guglielmi, in quo Monialis personæ existit, iudicioque in partibus instructo cor. Vic. Generali Bononiæ, hic pronun- ciavit præfatis Sororibus concedendam esse retentionem controversorum bonorum, donec viverent, decernendo post earundem obitum immisionem Francico, à qua sententia post interpositam utrinque appellationem obiit O- limpia, relicto tamen Joanne Rugerio Juniore filio, eoq. ad litem admisso cor. R. P. D. Vicelegato, cui in gradu appellationis causa commissa reperiebatur, triangularis questio inter partes excitata fuit, cum Franciscus excludere præterea necdum Soror. Mariam Candidam adhuc ejus vita duraret; verum etiam Joannem Rugerium colligenti- bus noviter exortum, qui è contra instabat pro revoca- tione primæ sententiæ concedentes immisionem Francico post obitum utriusque Sororis, illam sibi decerni postulans etiam ad portionem materteræ, quæ omnes controversiæ ut maturiori iudicio resolverentur, exquirit vel desuper R. P. D. Vicelegatus votum Rotæ Bononiæ, eoq. ab illa reddi- to in elaborata decisione, tandem tulit sententiam, in qua declaravit fideicommissum ab Antonio ordinatum totali- ter purificatum fuisse favore d. Monialis, cui manentio- nem, & quatenus opus foret immisionem concessit ad ra- tam Olimpiæ, eademque Monialis demum defuncta confir- mando primam sententiam, Francico iterum immisionem ex pnc pro tunc elargitus fuit excludo penitus Joanne Rugerio ut incapace successiois in prædicto fideicom- missi ad cuius instantiam post has geminas sententias vi- gore Statuti Bononiæ vim rei judicatæ haben. in gradu restitutions in integrum causa ad Rotam devoluta mihiq. commissi propouit dubium, an constet de re judicata, seu potius de causis &c. eoq. mature discussio.

1. **D**omini responderunt negativè quoad primam illius par- tem, affirmativè verò quoad secundam, atenta nullitate, & iniustitia sententiarum, quarum respectu nunquam locus est dispositioni statutariæ de duabus conformibus sem- per intelligendæ de sententiis validis, & iustis, Add. ad Burat. dec. 567. n. 6. Rot. cor. Priol. dec. 123. n. 6. & 7.
2. **E**t omittis pluribus inter utramque sententiam ab infor- mantibus notatis, atque accedendo ad assensuarum dem sententiarum defectus, prima tanquam lata contra Olimpiam matrem visa fuit efficere non posse Joannem Rugerium venientem ex persona, & jure proprio, & qui de eo tempore nondum natus erat ad tradita per Altograd. conf. 99. nu. 6. & 7. lib. 1. Cui neque etiam obstat secunda sententia utpo- tē laborans insanabili nullitate ob defectum citationis ejus- dem Joannis Rugerij contra dispositionem textus in l. de unoquoque ibi communitur sibi officium. de re judic. Rot. cor. Pui. dec. 61. n. 2. lib. 3. cor. Priol. dec. 123. n. 10. & alibi pas- sim, in nihilo adversante citatione executà ad instantiam Sororis Mariæ Candidæ contra Franciscum, quia licet sub dicta citatione ferri potuisset sententia contra citantem, illius tamen vigore nihil decerni poterat contra Joannem Rugerium venientem ad exclusionem, tam Monialis ci- tantis, quam Francisci citati ex præallegatis iuribus.
4. **N**ullitati additur etiam iniustitia sententiarum, quæ multominus patitur eisdem transire in judicium l. 4. §. Condemnatum ff. de re judic. l. si expressum 19. ff. de appell. & rel.

5. **O**ritur autem iniustitia ex dispositione Antonii fidei- committentis, qui descendentes Joannis de Ghisellis sub- stituit Bartholomæo, solum in casu quo defecissent omnes istius filii, & descendentes, atque etiam illi ex Antonio Maria, & Alexandro ejusdem fratris oritur, ibi, & casu quo non extarent ipse Bartholomæus filii, & descendentes ex eo, seu ex eis, & non extarent dicti ejus fratres nominari ut supra, vel alter ex eis, & descendentes ex eis, quod eorum rata perveniat ad Joannem, & eo non vivente ad ejus filios legitimos, & naturales. Quomobrem cum hodie supersit Joannes Rugerius, qui licet mediante femina descendat à Bartholomæo, comprehenditur tamen sub appellatione descendendum ad text. in l. final. & aut. seq. C. de suis, & legitim. autem. de hæred. ab intest. venien. §. 1. Altograd. conf. 92. n. 8. & seq. lib. 1. Peregr. de fideic. art. 25. num. 8,

Fular. quest. 425. Rota cor. Dunoz. jun. dec. 984. n. 20. & in recent. decis. 170. n. 3. dec. 308. n. 6. & seq. par. 14. & decis. 410. n. 3. par. 19. erit admitendus ad successorem bono- rum fideicommissariorum excludo Francico cujus substi- tutio nondum purificata existit.

Nec obstat, quod versumur in fideicommissi agnatio, à quo excluduntur descendentes ex femina qualis est Jo- annes Rugerius, ut limitando communem regulam mox traditam docet Fular. d. q. 325. n. 10.

Quia cum dispositio nunquam censetur facta favore agnationis nisi de hoc clare, & evidenter constet, Cala- nact. conf. 98. n. 78. Rota cor. Ubold. decis. 166. num. 8. & in rec. dec. 279. n. 23. p. 6. mature inspecto integro tenore te- stamenti de quo agitur nulla de vera agnatione ratio in eo habita apparuit, illius enim contemplatio induci minime valuit ex onere assumendi cognomen familie de Ghisellis substitutis injuncto, quia licet ex illo votum agnationis con- servandæ elici traquant Fular. de substit. g. 499. n. 3. Peregr. de fideicom. art. 25. n. 27. Rota cor. Merlin. dec. 12. n. 39. & decis. 95. n. 12. p. 11. id tamen intelligendum est cum testa- tor vocatis prius omnibus veris agnatis, in eorum demum defectum dicto onere adjecto invitavit extranei personas. Etenim tum demum apparet eum ex animo vere agna- tionis conservationi studuisse dum naturalis jam extinctæ defectum artificiali ejusdem renovatione reparare consu- lit ut notant Calanact. conf. 15. n. 34. vers. & denique, & cor. n. 25. & conf. 20. n. 29. Fontanell. dec. 26. nu. 4. & 5. & per tot. Rota cor. Cero dec. 630. n. 9.

At secus quando extantibus adhuc veris agnatis qui mo- do non sicut naturalem agnationem conservare potuissent, illis tamen neglectis ab initio vocati extraneos cum eo- dem onere, prout contingit in præviti hypothesis, in qua evolendo iterum seriem substitutionum ab initio relata- rum appareret, quod Antonius in ipsa linearum, & succes- sionum origine medietate dumtaxat suæ hæreditatis relicta Joanni de Ghisellis, in alia medietate instituit Bartho- lomæum Vascellum profus extraneum, hujus etiam de- scendentibus in infinitum substitutis, nullo insuper onere nullaque adjecta nota, ex qua dignosci posset in eis suæ agnationis memoriam vigere voluisse, quod; magis notan- dum est extincto Bartholomæo, nec ex eodem prole illa superstiti, etiam tum vera, & naturali agnacione neglecta ad alias extraneorum substitutiones devenit, vocando ad illius portionem Antonium Mariam, & Alexandrum ejus- dem fratres, universa istorum quoque descendencia substi- tuta, tum denique demandando uno proprio cognomen suscipiendi, quo quidem casu non tale onus censerit neque impostum gratia agnacionis conservandæ, quia si eidem Testator prospicere voluisset veris exclusis non admittit fictos, & imaginarios agnatos, dicitur injunctum dumtaxat ad qualemcumque proprii nominis perennitatem in ficta agnacione consequendam, ut hinc secundum casum à primo distinguendo uberrime exortat Altograd. conf. 66. à n. 60. & pluribus seq. lib. 2. Larrea decis. 34. num. 39. & Rot. cor. Cero decis. 885. num. 9. quam fectam, & imaginariam agnacionem cum descendentes ex feminis conservare pos- sint æque benè, ac quilibet alius substitutus extraneus, nulla ratio, & nulla æquitas patitur illum præferendum esse veris descendentes ex linea prædilecta, in quam hære- ditas jam ingressa est, ut benè præsequitur idem Altograd. laudato consil. à nu. 64. subdens n. 71. & 77. quod ut tali ca- su descendentes ex feminis excludantur, opus est, illos à Testatore specificè, & expressè fuisse rejectos, & tradit Rota decis. 6. par. 1. diverf. & coram Cero dec. 882. n. 9. dec. 702. n. 8. & dec. 385. eodem n. 9.

Prædicta mirifè confirmantur etiam ex ultima substitu- tione, in qua idem testator defectibus omnibus Institutorum, substitutorum lineis mandavit eligi unum de Pueris expo- sitis, illumque admitti ad successorem in toto fideicom- missi à se relicto, ut familia nomine suscepto, quoquomo- do in eo propria agnatio renovari posset, ex qua substitu- tione inferre licet, quod si ad hujusmodi artificialem con- servationem agnacionis non censerentur in concursu substi- tutorum, invitati etiam descendentes ex feminis vilissimus ille. Infans expositus præferri deberet veris descendentes hæredis prædilecti, quod absurdum cum omni rationi, ac menti Testatoris repugnet, dicendum omnino est ad e- odem fuisse vocatos descendentes quoque ex feminis, etiam si à germano, & literali sensu verborum esset receden- dum ad textum in l. nam absurdum 7. ff. de bon. liber. Rot.

in Bonon. fideicom. de Benaviti 17. Maii 1680. §. tum quia coram R. P. D. meo Ursino.

14 Quae sane omnia licet aperte offendant Testatorem in adeo longa substitutionum serie naturali non curata ad fidei tantum agnationis durationem respexisse, nihilominus tamen informatum per Francico opponebant illa procedere in ingressu dumtaxat, & origine linearum, non autem in eorumdem progressu, quia postquam semel modo quamvis ficto agnatio qualitas illis impressa fuerat iudicandum de eisdem erat secundum regulas verae, & rigorose agnationis, ut tradunt relati de Luca de lin. leg. ar. 10. n. 24.

15 Verum obiectum inane apparuit, ex quo siue versemur in ingressu, siue in progressu linearum, cum tamen in utroque casu revera de ficta, & artificiali agnatione agatur, & ars, & fictio totum semper operetur irrationabilis rigor esset ex illa subtilitate ob masculos remotiores lineae diversae excludere proximiores descendentes ex feminis de linea praedicta, in quam haereditas jam pervenit, & ad quibus aequè bene intendum, & voluntas Testatoris impleri potest, ut relatis, & reprobatis contrariis in nostris terminis inquit Eminentiss. de Luca disc. 34. n. 16. vesp. verum motum de fideicom. & sequitur alter de Luca d. art. 10. n. 25. atque haec proculdubio procedunt quando Testator extante naturali agnatione ab initio ad propriam familiam assumendam allexit extraneos, quo casu nullus verè agnationis favor urget pro exclusione descendendum ex feminis concurru masculorum iuxta distinctionem ex Altograd. Larrea, & Cerro mo traditur, quidquid dicendum foret si Testator infuitus prius veris agnatis in subsidium vocasset extraneos, tunc enim cum fictio versari solam videatur in eo instanti, quo fit assumptio agnatio qualitas; & nominis ea sequata, & consummata fit adiecti forsitan tanquam veri agnati iudicari deinde possent.

Constituto ergo ex his, quod ex onere assumendi nomen familiae Testatoris nullus inferri potest favor, & amor veteris agnationis propagandae, minus eiusdem contemplato desumi valet ex qualitate masculinitatis à Testatore in substitutis desiderata una cum arctissima prohibitione alienationis bonorum, ac digressu ad plures gradus substitutionum iunctis demum verbis perpetuitatem denotantibus.

Haec namque omnes similesque coniecturae quamvis efficacissimae reputentur ad magis solidiusque firmandum praecedens fideicommissum intra limites ab initio praescriptos, attamen eiusdem naturam ampliare non valent transiuntando simplex, & merè descendivum fideicommissum in agnationem, praesertim quando clarissimis argumentis constat Testatorem nullam verè agnationis rationem habuisse. Atque illas sigillatim examinando expressio qualitates levissimum praebet argumentum praedilecti agnationis, & plenumque reprobatur Casanatt. conf. 4. n. 24. & conf. 38. n. 92. Seraph. dec. 1216. sub n. 6. Cell. dec. 145. num. 7. Cumque ea adiecta legatur certis dumtaxat personis, & gradibus substitutionum operari quidem poterit, quod inter illos, qui specificè vocati sunt cum dicta qualitate censetur habita agnationis ratio, attamen ultra personas, & gradus expressis nihil efficit, Casanatt. conf. 38. n. 39. Molin. de primogen. l. 1. c. 5. n. 37. cum seq. Peregr. de fideicom. art. 25. n. 27. ubi ait ex eo, quod Testator aliquos masculos substitueret, non rectè dici agnationem consideratam existitisse, nec eiusdem favor consideratus inter substitutos trahi unquam poterit ad haereditatem Instituti (nempe Bartholomaei) descendendam nulla agnationis habita ratione vocatam, Altograd. conf. 38. n. 16. & seq. lib. 2. Rot. dec. 175. n. 12. & 13. par. 5. rec. concurrente praesertim dictione taxativa eo casu, quae dictam qualitatem, & effectus ab eo promanentes restringit ad casus dumtaxat expressos nulla admixta extensione ad diversa iuxta tradita per Martam de claus. par. 3. claus. 36. n. 1. Barbol. d. 105.

17 Inefficax quoque est adhuc effectum prohibitio alienationis, quae similiter facta semper censetur ad confirmandum praecedens fideicommissum, nunquam autem ad illud extendendum ultra personas, & substitutiones quibus adiacet, & ad quas consequitur, Casanatt. conf. 4. n. 24. c. & seq. & latissime Capic. Galeott. contr. 25. tot. lib. 2.

18 Ac demum transeundo ad reliquas coniecturas tam illa, quae deprimunt ex digressu ad plures gradus substitutionum communitè aliquo reprobata, ut tradit Casanatt. eod. conf. n. 236. quam etiam alia desumpta ex verbis perpetuitatem importantibus tanquam omnino aequivoce, & passim repertae in fideicommissis merè descendivis nullum

praesertim videntur favorem agnationis, sed solum perpetuitatem vinculi fideicommissarii intra tamen personas, & gradus substitutionum à Testatore praescriptas, & non ultra duraturi, Altograd. conf. 39. n. 37. lib. 2. & Rota dec. 279. n. 12. par. 13.

Et ita denegata immixtione Francico resolutum fuit favore Joannis Rugerii reservando tamen particulari examini articulum renunciationis emittit ante professionem à Sorore Maria Candida, in qua praetenduntur comprehensa etiam bona fideicommissaria, de quibus agitur.

R.P.D. HERVAULT.

Bononien. Fideicommissi de Ghisellis.

Vener. 17. Maii 1686.

ARGUMENTUM.

Habentur quae decisa apparent in antecedenti decisione.

SUMMARIUM.

- 1 Appellatione Descendentium veniunt etiam Descendentes ex femina.
- 2 Haec regula non admittitur in fideicommissis Agnationis.
- 3 Aequiperatorum eadem debet esse disciplina.
- 4 Contemplatum fuisse agnationem, probatur onus assumendi cognomen familiae pluribus nominibus collectivo, & successore substituti demandatum.
- 5 Praesertim si perpetuo prohibita fuerit alienatio, ac digressio fuerit ad plures gradus substitutionum.
- 6 Ut agnatio contemplata dicatur in fideicommissis ordinem majoratus vel primogeniturae non habentibus evidentes, & vehementissime exiguntur coniecturae.
- 7 Descendentes ex femina non dicuntur exclusi, si Civiles, & artificialis tantum voluta fuerit Agnationis conservatio.
- 8 Cognominis identitatis agnatio qualitates non probat.
- 9 Institutio Agnati nulla de per se apta est concludere Testatorem habuisse animum conservandae Agnationis.
- 10 Non fuisse habitum votum conservandae Agnationem, desumitur ex simultanea personarum, nullo agnationis vinculo Testatoris conjunctarum.
- 11 Praeterea si feminae quoque vocatae fuerint.
- 12 Sub nomine descendendum veniunt etiam feminae.
- 13 Si Testator à principio Agnatos vocaverit, & subinde in horum defectum extraneos cum onere assumendi Cognomen familiae invitarerit, tunc verè dicitur habitum fuisse votum conservandae Agnationem.
- 14 Et eo casu si Agnati concurrere non possunt cum veris, & naturalibus.
- 15 Si Testator à principio extraneos cum onere assumendi Cognomen, & Arma ejus familiae ad exclusionem Aequiperatorum vocaverit, non dicitur habuisse animum conservandae agnationem, ita ut voluisse Descendentes ex feminis, qui aequè ac masculis onus adimplere possunt, voluisse excludere.
- 16 Onus quod Testator expressè non adiecit, censetur consulto omisissè.
- 17 Fuisse habitam rationem conservandae Agnationis non probatur prohibitio alienationis, digressus ad plures gradus substitutionum, & qualitas masculinitatis in certis personis desiderata.
- 18 Amplius, licet praedictae coniecturae unite considerentur.
- 19 Qualitas masculinitatis non censetur voluta, si Testator illam repetere consulto omisierit.
- 20 Descendentes ex femina possunt aequè bene ac Descendentes ex masculis onus assumendi Cognomen familiae Testatoris adimplere.
- 21 Et ideo in fideicommissis cum a. onere conditis ut exclusi dicantur, opus est specificae, & individuae declaratione.
- 22 Declarata ut conclusiones praedictae verae sint in ingressu, & origine linearum, non autem in eorumdem progressu.
- 23 Contrarium est verius.
- 24 Ut evitetur absurdum, quod Descendentes haereditate praedilecti remaneant exclusi à Descendentibus minus dilectis quatenus opus sit etiam recedi potest à proprietate verborum.

Evocata ad novum examen decisione à me edita die 24. Januarii anni praeteriti DD. inter censuerunt nonnulli purificatam esse favore Josephi, & fratrum de Ghisellis filiorum Francisci hoc pendente Iudicio praemorui substitutionem in portione fideicommissi, quae obvenerat Bartholomaeo de Vascelis, cum enim antea dispositione Antonij de Ghisellis fideicommissitenti praedicti fratres, qui descendunt à Joanne de Ghisellis altero haerede pro virili instituto simul cum Bartholomaeo, in huius parte substituti legantur solum in casu quo non extarent ipse Bartholomaeus filius, & descendentes ex eo seu ex eis, & non extarent d. ejus fratres nominati supra vel alter ex eis, & descendentes ex eis, quod eorum vata perveniat ad Joann. & non viventes ad ejus filios legitimos, & naturales; Excluduntur idcirco à Joanne Rugerio, qui licet mediante Olimpia femina progenitus sit à Bartholomaeo comprehenditur tamen sub appellatione descendendum, juxta Text. in l. final. & auth. seq. C. de ius & legit. & auth. de hered. ab Intest. veniens. §. 1. Rot. dec. 205. nu. 1. p. 16. rec. praeter alias autoritates allegatas in Decisione, quae revidetur §. oritur autem.

Quo certius illi procedit inspecta altera parte Testamenti in qua testator positivè exclusit Jo. ejusque filios à portione Bartholomaei casu, quo iste decederet cum descendentes, ad quos expressè declaravit illam pervenire debere, ibi — & voluit, & mandavit, quod in casu quo decederet Bartholomaeus, etiam vivo Joanne, seu aliquibus ex eis, quod ipse Joannes, & filii non admittantur ad partem ipsius Bartholomaei, quia voluit etiam, vivente d. Joanne, & filijs, seu aliquibus ex eis talem partem, & medietatem pervenire debere ad ejus filios, & descendentes.

Hanc apertam Testatoris dispositionem juris, indubitatas regulas exadverso eludere conabantur opponendo fideicommissum, cui subiecta fuere bona relicta Bartholomaeo conditum fuisse favore agnationis, ideoque ad illius successionem aspirare non posse feminas, earumque descendentes, sed istis exclusis loto masculos esse admittendos ad late tradita per Rot. dec. 369. & dec. 397. par. 15. rec.

Agnationis autem contemplationem favoreque, undequaque praesertim dicebatur dispositio d. Antonij, qui in omnibus aequiparando Bartholomaeum, & Joannem sicuti in portione fideicommissaria relicta Joanni vero agnato indubitanter praesens oculis habuit illius favorem, cujus perpetuae durationi, atque conservationi per innumeratas substitutiones votis omnibus prospicere curavit, ita etiam, ut aequiparatum idem feratur Iudicium, ut ait Rot. dec. 406. nu. 10. coram Priolo, agnatum dicendum erit fideicommissum eadem ex ratione, istidemque ferè legibus ordinatum in altera portione obventa Bartholomaeo dilecto ejusdem alumnio, ac loco filijs à teneris usque annis Domi enutrito, atque educato cum ut magis magisque vero agnato assimilaret, aptiorque redderet agnationis conservationis illum, ejusque universam descendendam gentilitio cognomine de Ghisellis nobilitavit, cujus assumptio ubi demandatur pluribus nomine collectivo, ac successè vel substitutis efficacissimam praebet coniecturam contemplationis agnationis, Rot. dec. 425. n. 11. & seq. p. 9. tom. 2. & dec. 258. n. 9. cor. Peuting.

Iuncta praesertim perpetua alienationis prohibitionem cum plurimis substitutionibus, eisque inter masculos ordinata ut haereditas fideicommissitenti per plures gradus, indeminuta semper deduceret de masculo in masculum, apud quos perinde ac si ferret veri, & naturales agnati familia, & agnatio Ghisella perpetuo floretur.

Verum praedicta omnia mature examinata minime urge-re visa sunt, quia cum indubitatum sit quod, ut naturalis agnatio verè contemplata dici possit, in his praesertim simplicibus fideicommissis majoratus, vel primogeniturae ordinem non habentibus, vehementissima, & evidentes requiruntur coniecturae, ut inquit Clar. mem. Card. de Luca de fideicom. disc. 32. n. 12. Giurb. dec. 32. n. 28. tales ex quibus reputari nequeunt illae omnes supra recentitae, quae quibus vel nulla penitus elici valet agnationis praedilectio, vel si aliquod illius conservandae votum praesertim non ad naturalis, sed ad civilis, artificialique tantum agnationis conservationem directum est, à quo non excluduntur descendentes ex terminis, ut contrariis rejectis infra demonstrabitur.

Inane enim, & penitus in subsistens dependitur primum argumentum deductum ex purificatione, seu compa-

ratione facta inter lineam Bartholomaei, & Joannis utpote innixum duplici falso supposito. Primum, quod Joannes foret agnatus Testatoris, quod tamen, cum fit praecipuum fundamentum intentionis fratrum de Ghisellis, qui ut agnati in hoc iudicio de successione contendunt, aliunde probandum esset quam ex identitate cognominis, quae sola agnatiatiam qualitatem non probat, ut tale tradit Ciriac. contr. 281. à n. 11. & praecipue n. 29. & seqq.

Secundo concessio etiam, quod Joann. aliquo agnationis vinculo testatoris conjunctus existerit, rationibus tamen concludenti probatione, ut opus erat demonstratum non fuit alterum suppositum, videlicet, & quod in ejus litem praedilecta fuerit agnatio, cujus quidem praedilectionis specimen nullum praebet valet infutitio agnati, quia si alius argumentis non docetur Testatorem habuisse animum conservandae agnationis à materiali vocatione similium personarum formalis illius praedilectio inferri nequit, Mantie de conseq. l. 11. n. 14. n. 5.

Quinimo inspectis personis coheredis, & substitutorum qui Joanni dati leguntur, manifestè demonstratur nullam in fideicommissis ab Antonio condito ejusdem rationem habitam fuisse, institutus enim una cum Joanne supposito agnato apparet Bartholomaeus penitus extraneus, ex qua simultanea vocatione personarum nullo agnationis vinculo Testatoris conjunctarum indubitatum est penitus tolli omnem coniecturam contemplationis agnationis, ut respondit Riminaldus jun. conf. 244. n. 203. & Rota cor. Gregor. dec. 464. numer. 19. eo ferè modo, quo fit feminæ, una cum masculis instituta, seu substituta reperitur per certam illationem excluditur ejusdem praedilectio, quia per similes personas conservari nequit, Giurb. dec. 32. n. 15. Rota dec. 29. n. 3. par. 18. & novissime dictum fuit in una Maceratae fideicommissi. 10. Decembris anni praeteriti §. final. cor. R. P. D. meo Benincasa.

Nullum pariter illius conservandae votum elici valet ex qualitate personarum, quae substitutae sunt Joanni, post quem immediatè vocantur ejus filii legitimi, & naturales illique defectis substituntur Bartholomaeus, & ejus descendentes penitus extranei, & quorum filii nomine venire feminas compertum est ex viribus in primo §. hujus Decisionis allegatis.

Similemque planè ob rationem reprobatur altera coniectura elicitae ex assumptione cognominis de Ghisellis supposito, quod ea demandata dici possit Bartholomaeo, quod tamen revera in factis non probari infra demonstrabitur. Quandoquidem tali cum gravamine adscita non legitur ficticia civilique agnatio post defectos omnes vero agnatos habiles ad propagandam naturalem agnationem, quo sane casu dubitari non possit testatorem vocis omnibus studuisse agnationis cōservationi, dum naturalem jam extindam artificiali modo reintegrari curasset, Rota cor. Eminentiss. Cerro dec. 910. n. 23. ubi quod tunc ficti agnati concurrere non possent cum veris, & naturalibus aliique relati §. quia cum dispositio in fine Decisionis, quae revidetur, sed idem una cum veris agnatis, qui modo non ficto rigorosam agnationem conservare potuissent extraneos ab initio instituit, & in propriam cooptavit familiam, hoc autem longè diverso casu, contemplata dici necesse vera agnatio, sed solum desiderata perpetua quadam proprii nominis duratio, quam etiam per feminas, & descendentes ab eis consequi possumus, ut hunc secundum casum à primo distinguendo latissime exornat Altograd. conf. 66. à n. 60. lib. 2. Larrea dec. 34. n. 39. & Rota cor. Eminentiss. Cerro dec. 885. n. 9.

Verum ut supra innuebat haec questio cessat in nostra hypothese, ex quo tale onus impositum raiminè legitur Bartholomaeo Vascello ejusque filijs, & descendentes in secunda substitutione vocatis, sed eo (& quidem cum saepius repetitis dictionibus taxativis) gravantur solummodo Antonius Maria, & Alexander ejus fratres in tertia substitutione positi, & Puer expositus forte extrahendus postremo loco in sexta substitutione vocatus, ideoque juxta notissimas regulas influere non potest in alias substitutiones, in quibus Testator censetur consulto omisissè onus, quod expressè non adiecit.

Reiectae pariter fuere reliquae coniecturae desumptae ex prohibitione alienationis, & digressu ad plures gradus substitutionum, aequi vocae enim sunt, & passim reperiuntur in fideicommissis mere defensivis, ideoque nullam praesertim valent favorem agnationis, sed solum perpetuitatem vinculi fideicommissarii ex rationibus latius deductis in §. haec nam-

namque cum seg. primæ Decisionis in quibus pariter demonstratum fuit inefficax esse argumentum deductum ex tæpiss repetita qualitate masculinitatis, cum ea desiderata legata in certis solummodo personis tertio, & sexto loco substituitis. Unde ultra gradus, & personas expressas nil efficere valet, concurrentibus præsertim geminatis didionibus taxativis omnem prioris extensionem excludentibus.

Quæ quidem omnes coniecturæ, ut notavit Rota cor. Bich. decis. 584. n. 22. & segg. & alibi passim, nec animum sumptæ iustitiam posse vitæ sunt, vel quia singulæ sunt in suo genere imperfectæ, vel quia eliduntur aliis validioribus desumptis tum ab exclusione Joan. ejusque filiorum à successione in portione Bartholomæi existentibus istius filiiis, & descendentes, qui ut dictum est erant extranei, solum etiam ex discretiva vocatione masculinorum in certis solum substitutionibus, quam qualitatem si in aliis etiam substituitis desideraret, apertis verbis expressisset, quod cum non fecerit dicendum est voluisse omnes descendentes simpliciter vocare, Rot. dec. 308. n. 8. part. 14. & coram Royas decis. 27. n. 11.

Constituto jam ex his Antonium de Ghisellis non ordinasse fideicommissum de quo agitur, ut ejus bona permanere deberent in rigorosa, & naturali agnatione, sed ad summum desiderasse perpetuam quandam Civili agnationis durationem necessario sequitur, quod ab eodem excludi non debeat Joannes Rugerius, qui licet descendat ex feminis per assumptionem tamen gentilis cognominis testatoris istam æquè benè, ac fratres de Ghisellis conservare poterit, ut omittis aliis relatis in §. at secus primæ Decisionis latissime tradit Altograd. d. conf. 96. à num. 60. ad num. 77. docens, quod ut descendentes ex feminis excludi censeantur ab hujusmodi fideicommissis in concursu veri agnati opus esse specificæ, & individua declaratione.

Nec obstat quod concursus isti civilis, & naturalis agnati locus esse poterit in ingressu, & origine linearum, non autem in earundem progressu quasi fictio consistat in eo solum instanti quo extraneus in familiam adscit, eo verò transacto, & consummata jam assumptione, sic adscitorum successio deferretur, juxta regulas, & ordinem, quæ in naturalium agnatorum fideicommissis, & successione servantur ex latè traditis apud Monach. dec. Florent. 71. & 72.

Quia responsum fuit quod cum tam in ingressu, quam in progressu linearum semper defecta, & artificiali agnatione revera agatur contra omnem rationem esset ob masculos remotiores lineæ diversè excludere proximiores lineæ prædictæ; ad quam hæreditas jam pervenit, qui licet descendat ex feminis, perfectè tamen explere possunt Testatoris vota ad Civili tantum agnationis conservationem tendentia, ut reprobatà contraria opinione tamquam nimis rigorosa, & irrationabili subtilitati innixa ait Card. de Luca fideic. disp. 34. n. 16. vers. verum motuum, quem refert, & sequitur alter de Luca de lineæ legali art. 10. n. 25. ut latius fuit in §. verum obiectum decisioni, quæ revidetur.

Ad quam quidem artificialem, civilemque agnationem conservandam si in concursu aliorum substitutorum in nostra hypothese nullo pacto invitati dicentur descendentes etiam ex feminis, sequeretur quod cum Testator defectis omnibus vocatis in primis quibus substitutionibus sexto, & postremo loco substituerit in universo fideicommissio unum de assumptis cognominæ de Ghisellis ejus agnatio quomodo fuerit vilissimus hic Puer præsertim debet veris descendentes hæredis prædictæ, quod profectò absurdum est vocatos fuisse descendentes, & menti Testatoris repugnet dicendum est vocatos fuisse descendentes quoque ex feminis etiam si à litterali, & germano sensu verborum esset recedendum, ut notatum fuit in §. prædicta mirificè d. Decisionis hodie confirmata.

Et ita utraque parte acriter informante responsum fuit.

R. P. D. CACCIA.

BONON. FIDEICOMMISSI DE GHISELLIS.

Vener. 4. Julii 1687.

ARGUMENTUM.

Binae præcedentes decisiones confirmantur.

SUMMARIUM.

- 1 Appellatione descendendum veniunt tam progeniti ex masculis, quam ex feminis.
- 2 Non sic tamen procedit in fideicommissis agnatis.
- 3 Testator habere non potuit votum conservandæ Agnationis si præcaverit extraneum Agnato.
- 4 Votum Agnationis non dicitur habitum si promiscuè vocata fuerint etiam femina.
- 5 Agnatum dicitur fideicommissum, si Testator ob rationem conservandi Domum, & Casatam, onus injunxerit assumendi cognomen, & Arma.
- 6 At si onus prædictum certis tantum adjectum fuerit substitutionibus quoad alias non urget, & n. 7.
- 8 Observantia non potest inducere gravamen, quod à Testatore non fuit injunctum.
- 9 Assumendi Cognomen, & Arma eotantum casu probat fuisse habitum ratione conservandi Agnationem, quatenus defectis agnatis vocetur extraneus, secus verò si promiscuè cum agnatis veris vocetur Agnatus filius.
- 10 In fideicommissis in quo onus descendendi Arma, & Cognomen Testatoris extitit injunctum succedunt etiam descendentes ex femina, cum illud æquè benè ac descendentes ex masculis possint adimplere.
- 11 Non est verisimile quod Testator voluerit excludere descendentes ex feminis lineæ prædictæ, & præferre descendentes ex masculis lineæ minus dilectæ.
- 12 Successio in fideicommissis, in quo fidei contemplata fuit Agnatio, regulari debet cum eisdem regulis, cum quibus proceditur quando fuit contemplata vera Agnatio.
- 13 Equiparatorum idem debet esse Judicium.
- 14 Conclusio quæ habetur supra n. 10. procedit tam in ingressu fideicommissi, quam in illius progressu.
- 15 Tantum debet operari fictio in casu ficto, quantum veritas in casu vero quoad effectus ex casu resultantis.
- 16 Argumentum ab equiparatione locum non habet, si diversa militet ratio in uno, quam in alio casu, qui equiparari pretenditur.

DECISIO XIII.

Consuetudine Domini sententiam Rotalem esse confirmandam, quia tam inspecta parte dispositiva, quam conditionali antiqui fideicommissi Antonii de Ghisellis, constat quod linea Joannis non est vocata in portione Bartholomæi nisi in casu, quo filii, & descendentes istius ad quos Testator voluit d. portionem primitus devenire, in rerum natura non superessent. Unde cum hodie extet Jo. Rogerius, qui mediante Olympia descendit à Bartholomæo, utique cessat reciproca favore alterius lineæ, & ipse est admittendus, tanquam veniens appellatione descendendum, quæ tam progenitos ex masculis, quam ex feminis æqualiter complectitur, Rota decis. 308. num. 6. & segg. part. 14. & dec. 410. n. 3. par. 19. cum aliis in prima dec. R. P. D. mei Hervault sub die 24. Januarii 1685. §. Oritur, & in secunda sub die 17. Maii 1686. in principio.

Nec subsistit, quod verisimile in fideicommissis agnatis, in quo masculus ex femina non admittitur, nec impeditio conditionis defectum favore masculi agnati, Rota decis. 296. & decis. 397. par. 15. decis. 410. n. 12. part. 19. Et in Romana seu Florentina fideicommissi prima Julii 1682. coram R. P. D. meo Hervault: Quia in portione relicta Bartholomæo omnino extraneo, & de aliena familia cum indistincta substitutione omnium ejus filiorum, & descendendum, nulla facta mentione agnationis, nulla adjecta qualitate masculinitatis, & nullo injuncto onere descendendi cognomen, & Arma; non solum deficienti peculiari circumstantiæ, ob quas inferri solet ad contemplationem agnationis; sed concurrunt per ea excludenda duo potissima argumenta; Primum nempe quod institutio est facta de extraneo in concursu agnati, qualis asseritur Joannes hæres per alia medietate, Unde impossibile est, quod Testator habuerit votum conservandæ agnationis in ea portione, in qua pretulit extraneum agnato, Mart. conf. 61. n. 17. & segg. Honden. conf. 56. n. 8. lib. 2. Cels. decis. 145. nu. 25. Priol. decis. 751. n. 10. & 11. Eminentiss. Cerrus decis. 885. num. 8. g. & secundum quod indifferenter sunt positi in conditione, & vocati filii, & descendentes, quorum appellatione sicuti veniunt

niunt feminae, earumque filii ut supra: Ita per hanc promiscuam vocationem ex clausa remanet in hac parte quævis ratio conservandæ agnationis, Coccin. decis. 125. num. 10. Greg. dec. 433. n. 15. & dec. 425. n. 7. & 8. par. 9.

Non urgente replicatione, quod onus assumendi Cognomen extendatur etiam ad Bartholomæum, ejusque Descendentes ex amplitudine rationis adjectæ in fine omnium substitutionum ibi, Ita quod semper, & perpetuo, & in perpetuum manentur, & conserventur domus, & Casata Testatoris, & nomen, & appellentur de Ghisellis. Junctæ etiam observantia, quæ docuit Bartholomæum & suos tale onus assumptis, & propterea attendo d. præcepto, & ratione conservandi domum, & Casatam agnatio dicitur contemplata, Fontan. dec. 36. n. 9. Lar. dec. Gran. 24. n. 49. Em. Cerr. dec. 310. n. 23. & dec. 97. n. 18. 19. p. 11. Tu quia d. est continuativa, & accessoria substitutionibus, præcedentibus, & idèd restringitur ad illas partes dispositionis, in quibus impositum legitur onus descendendi cognomen, sed non trahitur ad partem omnino distinctam, in qua illud prætermittitur, Mart. d. conf. 61. n. 19. Altograd. conf. 83. n. 3. lib. 2. Rota dec. 195. n. 13. par. 3. Cerrus d. dec. 885. num. 5. Bich. dec. 297. n. 23. & seg. & dec. 342. n. 11. & seg. Imò ipsa discretiva probat Testatorem noluisse eodem modo gravare Bartholomæum, ejusque filios, ficuti voluit cæteros vocatos, Em. Ottobonus dec. 253. num. 8. Em. Cerrus d. decis. 885. n. 14. & ex observantia, quæ potest referri, vel creditur, vel gratitudini, vel honorificentiæ gravatorum non potest induci gravamen, quod à Testatore non fuit injunctum, Zarat. dec. 71. n. 13. & segg. & decis. 98. n. 16. p. 10. & dec. 112. n. 3. p. 11. Tum quia præceptum renovandi familiam fictè, & artificialiter, tunc solum inferat ad contemplationem agnationis, quando defectis agnatis ultimo loco vocatur extraneus, qui deserat Cognomen, & Arma, & in his terminis procedunt auctoritates in obiecto allegatæ; secus verò quando promiscuè cum agnati veris vocetur fictus, ut in presenti; Tam enim nil aliud sequitur nisi voluntas conservandi nomen; non autem agnationem Testatoris, Mart. d. conf. 61. n. 18. Aud. resol. contr. 338. n. 11. & segg. cum aliis in prima decisione R. P. D. mei Hervault §. At secus, & in secunda §. Similemque.

Atque idèd quatenus etiam dici posset extensum onus descendendi cognomen Bartholomæo, ejusque descendentes, adhuc in hac impropria, & civili agnatione essent præferendi descendentes ex feminis cæteris agnatis, & substituitis, quia dum voluntas Testatoris per eos sequè benè impleri potest ac per descendentes Joannis, nulla ratio patitur, quod fiat transitus de linea ad lineam, quousque extat aliquis ex linea prædicta, qui possit agnationem juxta modum à Testatore volitum conservare, Peregr. conf. 1. n. 12. l. 5. Menoch. conf. 802. num. 71. vers. respondetur. Mart. d. conf. 61. n. 14. & seg. Altograd. conf. 66. n. 65. l. 2. Cassill. Consrov. l. 5. c. 133. n. 3. & seg. Rota dec. 6. per tot. par. 1. dno. Cer. dec. 682. n. 9. dec. 702. n. 8. & d. dec. 875. n. 9. & rec. dec. 568. nu. 3. p. 18. Attenta præsertim duplici circumstantia; Altera quod post descendentes Bartholomæi non vocatur immediate linea Joannis, sed Antonius Maria, & Alexander de Vassellis fratres Bartholomæi cum onere assumendi cognomen de Ghisellis; & altera quod post omnes institutos, & substitutos voluit Testator eligi unum Puerum expositum, qui pariter appellaretur de Ghisellis; Ex quibus redditur imperceptibile quod idem Testator voluerit inhabilitare, & excludere descendentes ex feminis lineæ prædictæ, ex quo non esse nisi agnati veri, ut præferret in fictione alios extraneos de familia Vassella longè minus dilectos, & Puerum expositum forte extrahendum, sibi & omnibus ignotum, ut benè ponderat prima decisio hujus Cause §. Prædicta, & secunda §. finali.

Nec obstat quod hæc procedant in ingressu fideicommissi, non autem in progressu, in quo, data contemplatione agnationis successio regulari debet, prout in veris agnatis, ut tantum operetur fictio in casu ficto, quantum veritas in casu vero, Rota dec. 266. num. 7. & 8. dec. 319. num. 3. part. 1. rec. Præsertim cum Testator equiparaverit Joannem agnatum verum, & Bartholomæum agnatum fictum, dum eos æqualiter instituit, eorumque lineas reciprocè substituit, & propterea quemadmodum respectu descendendum ex Joanne, in quo contemplatus fuit agnationem veram, intelligere non potuit nisi de masculis ex masculis, ita pariter dicendum fuit respectu descendendum ex Bartholomæo, cum equiparatorum idem

debeat esse Judicium, Rota decis. 284. num. 22. & decis. 524. part. 18.

Cum etenim tam in ingressu, quam in progressu agnatio respectu fideicommissis sit artificialis, & ficta, militat utroque tempore eadem ratio admittendi descendentes ex feminis: nam alias esset contra civilem, & naturalem charitatem, quod in substituitis, qui possunt æquè benè implere votum Testatoris, reformaretur ipsa ordo, & substantia institutionis, ut per Text. in l. in ratione §. si filio ff. ad leg. sub. notat, & pluribus exorari Cassill. d. c. 133. sub n. 9. vers. esset enim; Et de progressu loquantur omnes DD. tuentes quod in Agnatione artificiali sint admittendi descendentes ex feminis, nam in ingressu, ubi ut plurimum concurrunt expressa dispositio Testatoris hujusmodi quæstio non intrat. Rursus in presenti cessat omnis hæsitatio, quia Testator post defectos descendentes Bartholomæi vocavit ejus Fratres cum onere assumendi cognomen, & postremo cum eodem onere Puerum expositum; undè cum redierit etiam in progressu ad fictiones, & quidem prælativè ad Agnatos veros; frustra opponitur, quod in progressu successio regulari debeat ad limites veræ agnationis.

Regula vero, quod tantum operari debeat fictio in casu ficto, quantum veritas in casu vero, procedit quoad effectus ex causa resultantis de quibus loquitur dec. 266. & 319. p. 1. rec. & argumentum ab equiparatis deficit in supposito, Tum quia non probatur contemplatio agnationis respectu Joannis, ut probat secunda dec. R. P. D. mei Hervault §. Inane, & seg. Tum quia lineæ Joannis, & Bartholomæi non sunt æqualiter reciprocæ, nam in defectum primæ vocatur immediate Bartholomæus ejusque descendentes, sed in defectum secundæ vocatur Antonius Maria, & Alexander de Vassellis, & post eos d. Joannes ejusque descendentes, & sic linea Bartholomæi est prædicta; Et in omnem casum cum in agnatione artificiali contemplata in Descendentibus Bartholomæi militet longè diversa ratio, quam in agnatione vera considerata in descendentes Joannis, per supra dicta, argumentum ab equiparatis non valet, Surd. 16. conf. 50. n. 25. Vivius decis. 255. sub n. 2. lib. 1.

Cætera demum coniecturæ adductæ pro refringenda vocatione descendendum ad masculos ex masculis fuerunt sublatae in utraque decisione R. P. D. mei Hervault, cum quibus Domini transferunt.

R. P. D. CAPRARA.

BONONIEN. FIDEICOMMISSI DE BALLATINIS.

Vener. 4. Junii 1689.

ARGUMENTUM.

Approbantur regulæ in aliis superioribus decisionibus extensis firmatæ quod nempe sub nomine Descendentium masculinorum veniant quoque masculi ex femina, licet apposita sit qualitas masculinitatis quæ sexus tantum prædilectionem importat ac adjectum liquet onere descendendi cognomen & arma Testatoris quod adimpleri valet etiam per Masculos ex feminis, & ut à prædictis regulis recedendum sit urgentissimas coniecturas concurrere debere deciditur.

SUMMARIUM.

- 1 Ub nomine filiorum, & descendendum masculinorum veniunt tam masculi ex masculis, quam masculi ex feminis.
- 2 Præsertim si cesset concursus masculinorum ex masculo.
- 3 Masculi ex feminis dicuntur de linea, & descendentiæ vocatorum.
- 4 Lineæ, & descendentiæ non potest dici finita donec supersit aliqui à feminis descendens.
- 5 Qualitas masculinitatis per lineam masculinam in una substitutione apposita, & in altera non repetita, censetur consulto omissa.
- 6 Non est verisimile, quod Testator voluerit descendentes masculos ex feminis hæredis prædictæ excludere, quando alios ex aliena familia admittit.
- 7 Et ne hoc sequatur absurdum masculi ex feminis sunt admittendi.